P. o. lat.
1665
d

P.o. lat. 1665 o
Graesse p. 659
Sander 6580.
Brunet II. 1395.



Digitized by Google

<36632708300013

<36632708300013

Bayer. Staatsbibliothek

FRANCISCI ROSETI VERONENSIS MAVRIS.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

74/8/15

SERENISSIMO, ET EXCELlentissimo. D.D. Henrico Octauo Dei gratia Illustrissimo Regi Angliæ, & Franciæ, atq; domino Hiberniæ. Franciscus Rosetus Veronensis perpetuam felicitatem.

IVARVM omnium facile principis Vrsulæ, ac beati Eucharii Agrippino patre istius uestrę Britaniæ felicissimo olim rege ex Demetria Augusta geniti eiusdem diuæ coniugis celeberrimi uitam heroicis tribus libellis a' me proxime absolutam tibi regum omniũ facile Principi Henrice inuictissime, ac semper auguste potissimum nuncupare constitui, Primum, quod hæc tot Illustrium Virginum ciuium tuarum mentionem complexa ita iam tibi per se deberi uideatur, ut uel sine ulla dicatione mea iure optimo hanc tibi uindicare possis, deinde, q; singulari quadam uirtute, doctrina, ingenio, uitæ elegantia, omnibus deniq; animi dotibus ita sæculi nostri regibus præstes, ut cæteris luminibus late cœlo coruscans lucifer antecellit, sic enim de te piissime, maxime' q; Rex non Veneti modo mei illustres, ac nunq; satis laudati, qui' q; liberrime, quod sentiunt, profiteri semper consueuere, minime cuiq; fictis assentationibus blandientes loquuntur, sed & omnes Italiæ, exterarum' q; prouinciarum urbes certo iam gẽtium consensu uerissime & arbitrantur, & prædicant,

Nec ueritus quidem ſum, ne importune pleriſq; rem fortaſſe non ſatis prima fronte æſtimantibus ſacratiſſimis occupationibus tuis mei huius operis dicatura uiderer obſtrepere, quum tum te nobis in dei immortalis cultum religionem q; conſtans admodum fama uulgauerit, quem olim Numam Pompilium ſecundum Romanorum Regem a' Curibus ad imperii adminiſtrationem accitum, aut Lycurgum apud ueteres Lacedęmonios latinis, græcis q; hiſtoriis fuiſſe accepimus. Quin tuæ potius ſerenitatis diuina fretus humanitate non audacter modo, uerum etiam confidenter eidem nuncupatum poema meum auſus ſum deſtinare miſſo iſtuc in Britaniam uſq; tuam unico filio, qui id ſanctiſſimo tuo numini pro me ſupplicíter offerret, quando quo minus ego huiuſcemodi munere defungerer, & iam ingraueſcens annis ætas, & aduerſa imbecilli corporis mei prohibebat ualetudo, haud tamen eo minus ſereniſſimæ amplitudini tuæ pietatis plenos labores meos gratos fore arbitratus ſum, quod eidem corā, ut par fuerat, mihi ſupplicare non licuiſſet, quum a' cœleſtibus etiam numinibus, a' quorum fulgore tum illuſtris patris tui cæterorum q; maiorum gloria, tum imperii tanti maieſtate, non multum abes, pios interdum humanæ uoluntatis affectus pluris fieri, q̄ conatus quantūuis arduos plane' intelligerem, Cæterum quid attinet plura dicere quaſi diuinæ humanitati tuæ diffidere uidear. Ad propoſitum igitur redeo, utinam regum omnium eminentiſſime hanc meam ſcribendi fiduciam par etiam felicitas ſecuta eſſet, ut quæ inclytæ maieſtati tuæ dicarentur condi-

gna, uel cõdignis ſaltem proxima æſtimari poſſent, quod fortaſſe ita demũ euenisſet, ſi glorioſæ huius uiraginis præclara facinora dictis etiam exæquari potuiſſent. ſed quis opus tam laborioſum, tam arduũ, tam difficile aut unquã ſatis præſtiterit, aut omnino præſtiturum ſe polliceri audeat? Ego medius fidius, ut uerum ingenue fatear, nec imbecilles uires meas diſſimulem, minime polliceri auſim, quippe qui nihil unquam æque incompoſitum, perplexũ, mancum, atq; huius regiæ uirginis hiſtoriã legiſſe meminerim. Nam quum eius res præclare geſtas nobis olim conſcribendas propoſuiſſemus, eas apud duos tris ue tantum authores uidiſſe minime contenti, nouem circiter ſcriptorum editiones percurrimus, quæſitis etiam iſtinc per literas ueterum exemplarium monumentis, nequa nobis ad ſcribendæ rei fidem fieret impoſtura, è quibus pertinaci labore, ac ſtudio aliquandiu uerſatis, nec ſine Theſeo (ut dicitur) quæ ueriſimilia magis fuere, in poema hoc noſtrum contulimus, quo facilius mihi quoq; ab inclyta ſublimitate tua uenia[illegible] datum iri non dubitem, ſi qua nos ad hiſtoriam hanc p[illegible]tinentia, ut in re tum ueteri, tum uaria, tum à pleriſq; non ſatis etiã fideliter tradita præterierint, ſiqua conſulto omiſſa, ſiqua & poetice conficta, nam id quoq; nobis licere interdum duximus, quáq; parce alioquin, q; hiſtoricæ ueritati bene conſultum uellem, facere conatus ſum. quæ omnia ſi tenui nimis filo contexta celſitudo indicauerit tua, omiſſo uerborum examine materiã tantum ut minime aſpernãdam, conſiderabit, quæ ſuapte natura delectabilis neq; phuci, aut ceruſſæ tectorio oblini

passa est, neq; calamistro inuri, neq; bracteato ullo exotico'ue phalerarum apparatu personari. sed quo' licentiori oratione mea progredior? dum maiestatem tuam alloqui diutius iuuat, pene' fabulam prologus excessit, modum' q; suum prætergressa est epistola. itaq; bene, ac feliciter uale regum optime, maxime' q;, & longo quasi postliminio in tuam te insulam, sedes' q; olim suas recipientium tot uirginum millia, earum' q; principem Vrsulam hilari fronte, ac lætis complexibus suscipe, nec non Petrum filium meum amplissimæ maiestati tuæ addictissimum pridem mancipium meo nomine sacris pedibus tuis suppliciter aduolui æquo animo patere.

FRANCISCI ROSETI MAVRIDOS LIBER PRIMVS.

MAVRIS, & Egregiæ Comites: quas stragibus atrox
Iulius horrendis letho dedit, Eucharius'q;,
Et socii mihi carmen erunt. stipata decenti
Diua choro ceptis faueas: nec despice lusus
Surgentis pridem latia de plebe poetæ.
Dux mihi uirgo tuos errores pande canenti, Inuocatio.
Dilectos'q; deo thalami genialis honores:
Et festas sine prole faces: ac nescia lecti
Vincula uerborum solo gaudentia nexu,
Fluctibus errantem tumidis hymænæon: & ipsa
Mente tenus nodos hilares, animis'q; receptos
Simplicibus tantum, & plenos pietatis honores.
Regia tu proles iuuenis diuine coronam
Necte pio uati: candentes'q; adiice uittas:
Et numeris Phœbo melior succede potenti
Numine rem priscam referens ab origine prima,
Expers coniugium Veneris, castas'q; maritæ
Illecebras: nec nota thoro connubia molli,
Et quæ causa necis sociam tibi iunxerit, unde

Claſſe puellarum tot millia uecta per urbes
Tempore barbaricas longo: quæ tanta pararit
Cauſa, rates: ſtudio'q; iuua tua geſta mouentem.
Nec minus huc adſis triplici diadematis orbe
Sortite argolico domini de nomine nomen
Summorum quot erunt, & quot per longa fuere
Sæcula pontificum digniſſime: ſancta'q; ſanctus
Orſa iuues. tum nyſa mihi te haud ceſſerit Euan,
Nec ſit opus muſis, nec Pallade: nec mea quondam
Caſtalius riget ora liquor: nec tempora circum
Crinales ludant hederæ, lauri'ue reſultent.
Verum adſis ſeptus diuum tot millibus: olim
Quot te uiderunt hominum pia iura tuentem,
Parcite Pierides ludenti cognita pridem
Nomina, maius opus moueo: maius'q; petendum
Auxilium. multo Parnaſus uincitur æthra.
Cœleſtes thedas canimus, terris'q; relictis
Scandimus ætherias ſedes: iam lumine perflor
Multiplici: læta procedunt fronte micantes
Cœlicolæ: numeris'q; inſurgit turba canoris.
Virgineos cœtus, undena'q; millia diuum
Auſpicor: incentum quæ ſint motura fidelem.
Iſta mihi ueterum memorent primordia rerum:
Palladis iſta uicem ſubeant. dux Vrſula fortis
Calliopes ſit dia loco. ſit Apollinis inſtar
Britanicę inſulæ breuis deſcriptio. Euchanius, nec non Bromii cum præſule ſummo,
Eripiant hæc, ſi merui, me numina terris,
Nobilis extremo protenditur inſula fluctu

Stringentis

Stringentis terram Oceani: quæ uergit in Arcton
Fœcundo laudata ſolo, ac ſatis herbida partim,
Ac partim, algentes qua ſe decliuis in undas
Sol agit: occidui proſpectat littoris æſtum.
Magna & parte ſui: lato qua ſe angulus arctat
Aggere, non ſegnis procurrit ad oſtia Rheni,
Ingens, plana, ferax, noſtris uix cognita tellus,
Quãquam auro, atq; opibus felix: ni pace ſub alta
Muſarum'q; parens, noſtri'q; poematis author
Rex regum dites populos Enricus amœnet
Octauus ſuperans uirtutum laude parentem
Inſignem titulis, & maieſtatis honore.
Aſpicit hæc Morinos obliqua hinc fronte reſurgens,
Germanos illinc: donec ſe adſtrinxerit: atq;
Trinacriæ fiat diducto margine compar.
Gentibus occiduis non paruus terror, & amplo
Cognitus oceano clara ditione tenebat
Hanc Agrippinus: generis cui ſtemmate diues
Magnorum ueteri ſurgebat linea regum:
Eucharius proles huic inclyta dotibus ingens — Eucratii Encomion.
Corporis, atq; animi: nãq; eſt & factus ad unguem,
Et fortis, dextra'q; potens, nulli'q; ſecundus,
Seu campo decurrit eques uenator aperto:
Siue pedes colleis, ac ſyluas curſibus ambit
Luſtra, feras'q; graues agitans animoſus anhelis,
Latratu'q; canum dãmas, capreas'q; fatigat:
Siue aciem ferro accinctus, clypeo'q; refulgens
Belliger hoſtilem aggreditur: galea'q; comanti
Inſignem referens gradiuum, prælia miſcet,

Nam iaculum torſiſſe manu, neruis'q; ſagittas
Excuſiſſe leues tenuis labor obtigit illi.
Ingenii tamen eſt præſtantior artibus æquans
Carmine Mæoniden graio, latio'q; Maronem:
Eloquio'q; ualens duplici, tonat ore diſerto
Res'q; ducum ueterum ſcriptor complectitur audax,
Munificus, facilis, clemens, urbanus, & idem
Impiger, affectus'q; graues cohibere peritus,
Nec fidis indoctus ſtudio eſt: ſed muſicus arte
Eximius: nec non animo comprehendere ſolers
Quæcunq; obſcuris rationibus abdidit, & quæ
Inuoluit cæcis penitus natura tenebris.
Innumeri hunc reges generum ſibi poſcere: matres
Reginæ hunc unum natis optare lugali
Nubilibus thæda grandi uel dote maritum.
Huic igitur pater, atq; parens Demetria certis
Dum cupit auſpiciis conſortem iungere lecti,
A ſummis quæſita procis placet Vrſula tantum:
Ni damnet, quod Virgo colit bona numen uterq;:
Reginis & enim, reginarum'q; puellis
Omnibus: arctoi qua littoris obſtrepit unda,
Occidui'ue ſonant æſtus, late'q; uagantur,
Hæc una eſt prælata nurus: gens cætera ſordet.
Hæc tua Maure fuit ſoboles rex: inclyta coniux
Edidit hanc Darea tibi: quæ ſola Britanos
Saltibus Hercyniis admotos, atq; feroci
Germano: quos tu frenas, pene' inſerit aſtris,
Iure & enim: nanq; eſt ut forma inſignis: ut omnes
Prouocet eximio ueteres heroidas una

D. Vrſulæ encomion.

Corpore: diuarum'q; imitetur nomina, & æquet,
Et charites tris ore gerat, ueneres'q; pudicas:
Sic cunctis animi præstans uirtutibus, artes
Septenas tenet ingenio laudabilis acri,
Et linguæ eloquium duplicis uirguncula callet:
Nec diuina frequens tractare uolumina cessat.
Nam canere, atq; lyræ ad sonitum, citharæq; moueri,
Et saltu gestire uago, quum norit, ineptum
Autumat, ingratum'q; deo pietate referta.
Pingere acu chlamydem: ac gemmis uariare colorum:
Purpureo'q; aurum sumptu redimire, laboris
Non putat indocti studium par ueris honores
Palladias imitata manus, fictum'q; nitorem.
Conspicuum'q; id præstat opus: quodcunq; recursu
Artificis dextræ molitur sedula telis:
Seu phaleris insignit equos, ostri'q; lupatis
Inducit lapidum certantes ignibus ignes:
Multiplici'q; grauans auri sinuamine latum
Pensile communit: sonipes quo gestiat ardens:
Nec non baccarum pictis frontalibus orbes
Adiicit eximios: quos proxima littora norunt,
Textile seu peplum templi componit amicis
Numinibus donum: seu lintea rara parenti
Cœlicolum summo, frondes, uolucres'q;, feras'q;,
Ac maris undisoni prædas ubi ponere curet,
Vera putes. spirant uolucres, pisces'q;, feræ'q;,
Arboribus uere frondes agitantur amœnis:
Rasilibus tanti est calathis assuesse puellas.
Artifici at quota nunc nauabit pollice uirgo

Regia opus doctum. teritur lux plurima cantu,
Aut mollis choreæ saltu. iuuat ocia tantum
Sectari, & formæ studio marcescere inani.
Eucharius d. Vrsulæ uxorē expetit. Dotibus hanc igitur tam multis expetit ultro
Præstantem Eucharius: nec sacris cogitat illam
Numinis alterius: quod non colat ipse, teneri:
Atq; peregrinis infestam ritibus, unum
Complexam terræ denum, ponti'q;, poli'q;.
Quin furit incautus: nec non secum ipse parentum
Segnitiem damnat tacitus primum, acriter inde
Arguit impatiens, differri uota maligne,
Inuidiam'q; obstare sibi, non fata, beatum
Hic fieri se posse thori consorte puella.
Quærit item, quæ læta sibi connubia poscat,
Atq; hilares thædas, cur nam legatio cesset,
Hinc uerbis lenire pater non desinit iram
Dulcibus: & blando uix mitigat ore furentem
Virginis haud nisæ in thalamum, aut ratione coercet,
Tantus amor mentem, ac iuuenilia pectora uexat:
Danda sed Euchario uenia est: si te optima Mauri
Tam cupide expoſcit: si de te cogitat una:
Si te ne careat, grandes quoq; concipit iras:
Cuius enim haud moueat præcordia, qua patet orbis,
Nominis hæc diffusa tui iam gloria Virgo?
Pectora uirtutum stimulus compellit, & urget
Regia: te'q; sibi præsagit forte maritam
Ordine fatorum certo: comitem'q; triumphi:
Quo diuum inscendat lætus post fata cubules.
Scit fore se terris celebrem te coniuge, & astris.

Quid q; tartarei princeps, cæciq; receſſus
Chriſticolum ſanctis infenſus legibus: ut te
Culmine de ſummo uirtutum detrahat, errans
Euchario infelix etiam hæc cõnubia ſuadet:
Pectore teq; refert tacito per ſomnia: & artes
Callidus exercet ſolitas: uritq; furentem
Sponte, nouis iuuenem feruoribus, æſtibus æſtus
Adiiciens, facibusq; faces, atq; ignibus ignes.
Hinc rapitur cæco mentem percuſſus amore:
Nec potis eſt fæui ſtimulos perferre furoris.
Tum patris arbitrio legatos nauibus indit:
Hanc qui coniugio poſcant: thalamosq; iugales
Protinus oratum mittit: ni optata ferantur,
Vim blandis addit precibus: ſpretaq; paterni
Militis incurſus pro maieſtate minatur,
His ratus eſſe nihil thædis felicius uſquam:
Tantum animo inſedit facies non uiſa decoræ
Virginis audaci, & facie prudentia maior.
Interea diuum rector ſpeculatus ab alto
Aethere iampridem pollutas crimine terras
Multiplici, ac priſca uacuos pietate, fideq;
Mortales, rebus ſtatuit ſuccurrere lapſis:
Atq; hominum exemplis firmare recentibus olim
Pectora: ſelectumq; è multis euocat unum
Numinibus numen, tuq;, inquit, regia Mauri
Tecta pete: & celſis ſubito delabere ab aſtris:
Atq; huius: quæ uirgineo mihi corpore ſeruit:
Pectoris & ſanctos uortit bene fida receſſus,
Hæc natæ mandata piæ fer protinus, à me

Angel⁹ ad. d. Vrſulã mittit.

Se lectam ſciat e' multis regalibus unam
Virginibus: quæ dogma meum diffundat, & ornet:
Eucharium' q; illi geniali uelle cathena
Iungere, quem cædes ſociet, non fœdera lecti:
Huius ne damnet thalamos: quos legimus ipſi.
Vix hæc deſierat: quum nuntius aurea linquit
Sydera, ſuccinctis nebulas diuerberat alis:
Hinc rapido immenſum labens per inane uolatu
Segnior & nullis tranans aquilonibus auras,
Ima tenet: prono' q; obſtantis pectore terras
Contigit, effudit' q; dei pia iuſſa potentis:
Dein ſublimis abit coris, euris' q;, notis' q;
Ocyor, & zephyris claro ſua numina faſſus
Fulgure ad immenſi ſtellata palatia cœli.
Excipit hos igitur monitus: imis' q; reponit
Pectoribus Mauris, ſanctis' q; affatibus ora
Ad cœlum his conuerſa aperit: ſummum' q; tonantẽ.

D. Vrſulæ oratio.

Magne poli rector: quem pridem obſeruo, colo' q;:
Cuius & officiis, & largo munere dextræ
Obruor infelix, & felicu lima rurſus
Eruor e' cæcæ tenebris, & carcere uitæ,
Q ua meritas grates referam tibi uoce puella?
Q ua feciſſe ſatis potero ratione tuis tot,
Ac tantis in me meritis? quod regia proles
Edita ſum, ducis' ne parum: niſi regia creſcant
Nomina coniugio, & regis ferar eſſe marita?
Maxima ſed q̄q̄ hæc; tamen & maiora pauemus:
Q uum ſtatuor dux ipſa tui gregis inſcia rerum:
Q uam' q; regi ducibus fuerat par, præficis: aptum

Non ſedet hoc noſtris humeris onus optime cœli
Arbiter: ah tante ne rerum mole præmamur.
Non deerunt: hæc qui ſubeant tam grandia fortes
Munia: ſi precibus merui uirguncula quicquam,
Aut dulci gemitu, aut ſacrorum lege frequenti,
Hoc unum ſupplex oro: miſerere precantis.
Quod ſi certa tuæ ſedet hæc ſententia menti:
Et querimur fruſtra: nec noto flecteris ore,
Ipſe animum, ac uires dederis, nil ferre recuſo.
In freta procurram ratibus: patrium'q; relinquens
Læta ſolum, terras fortis ſpectabo remotas:
Atq; omnis luſtrabo plagas: ſcrutabor Iberos,
Gallorum'q; urbes: nec me germanica tellus
Neſciet: & latios non exhorrebo penates.
Perpetiar duram'q; famem, ſæuos'q; labores,
Frigora, uim'q; æſtus: nec non poſt uulnera mortem.
Talia humi dum Virgo rogat proſtrata tonantem,
Improba adit regem ueniens legatio Maurum.
Quam ſimul accepit rex, ceu diſcrimine certo
Horreſcens, imo'q; trahens ſuſpiria fleuit
Pectore, nec quid agat dubius ſatis inuenit: illinc
Regni agitur ſtimulis: hinc relligione uetatur
Neſcius eſſe poli domino ſua pignora curæ.
Illam & enim rerum'q; parens: & conditor orbis
E matris gremio exceptam delegerat olim
Eſſe ſibi famulam, primo'q; uocarat ab ortu
Chriſticolis fidei non parua exempla daturam,
Et diuum aucturam cœtus plus omnibus unam.
Hinc annos uix nata decem feſtinat ad aras:

Oratores Eucharii Mauri regem adeunt.

Et mundi refugit laqueos.non regia cordi
Atria:non animos thalami mouere iugales,
Deliciis non fracta nouis præferre paterno
Pauperiem ſceptro tenuem regnis'q; parata,
Omnibus & uitæ illecebris,non perfide gaza,
Non auro,aut gemmis ſapientum pectora uinci
Gnara ſatis,nec non cœleſti prædita mente:
Nanq; & colloquiis diuum noctes'q; dies'q;
Virgo fruebatur:quo iam ſic certior eſſe
Mœroris cœpit patrii.tunc utile profert
Conſilium:& dictis ita patrem affatur amicis.
Care mihi genitor:niſi me mea numina fallunt,
Externo,ancipiti nequicq̃ pectora motu,
Connubio q; poſcor,agit.mihi triſtior ipſe
Noſceris.haud timeas:nec me ſpondere recuſes
Euchario:regem'ue irrites uoce potentem
Ingrata:ut propriis infeſtum mœnibus urbis,
Finibus aut regni metuas:quin excipe lætus:
Et iuuenis cape uota libens:neu ſperne futurum
Care parens generum:illi & ne forte petitum
Lex aliena thorum teneat,trieteride plena
Chriſticolum ſanctas adeat,leges'q;,fidem'q;:
Det'q; puellarum claſſem mihi millibus apte
Inſtructam undenis(totidem nam poſcere iuſſa eſt
Millia Virgo dei monitu)quis rite peractis
Me ſibi tum ſponſam capiat.fore nouerat illa:
Vt fati ſocium ſeſe præberet amatæ
Fucharius:nullo'q; infectæ crimine,tandem
Sedibus aſtriferæ lætum ſe immitteret æthræ.

Nam de ſe haud ignota ſibi matris'q; relatu,
Nutricis'q; piæ fuerant oracula patri:
Reddita fatidicis iampridem uatibus: ipſo
Dum reptat latitans utero genitricis amatæ.
Hæc & enim recolit prudens, & pectore uerſat:
Id'q; unum in primis: cecinit q; Tantalus orbe
Clarus in occiduo ſignis, morum'q; tenore,
Atq; animi uirtute potens: cui pectora certi
Enthea non modico tepuerunt carminis œſtro.
Regia naſcetur: nec iam mora longa uirago: *Vatis trſum.*
Biſtere qua tumeas, & cœlum uertice pulſes:
Perpetuis hæc quum numen ſacrabitur aris:
Quippe ſuo terram complebit nomine, & auras
Aetherias latum geniali claſſe pererrans
Oceanum, innumera'q; Europam uirgine luſtrans:
Tandem aget horrenda comitũ de ſtrage triumphos:
Se'q; æternabit merito uirtutis honore.
Conſilium, & natæ monitus uix mente recepta,
Atq; animo longe diuerſa fronte priori
Rex probat: & magna procerum ſtipante caterua
Legatos optata iubet reſponſa referre.
Quam ſibi ut Eucharius pactam uidet, æquore lectas
Vndenas iubet ire rates: & lege recepta
Nauibus imponi plenam in trieterida uictum.
Iam'q; auro clarus iuuenis procedit, & oſtro
Lætitiæ dans ſigna nouæ: urbs iam tota renidet.
Aulæis domus ampla micat, nato'q;, patri'q;
Gratantur proceres: atq; omnis regia feruet.
Exuuiis ornata ducum: polius'q; ſuperba

Assyriis, ac Marmaricis, & Colchidos oræ.
Edita quid referam populo spectacula mille,
Atq; epulas de more datas, pia munera regum?
Fluxere immunes toto uix quattuor anno
Lætitiæ, plausus'q; dies, luxus'q; beati:
Sera'q; lindonii plebes diludia sensit.
Euolat interea: creber'q; per oppida currit
Nuncius, edicto nymphas accersit ab omni
Regni parte nouo. mora tollitur illicet omnis:
Virginū apparatus. Omnis in officio domus est: urbs perstrepit omnis
Quærendi studio cultus, pars serica tractant
Pallia: pars tyriis pugnantia coccina uersat.
Luteus has: illas prasinus color allicit, albus,
Cæruleus, roseus'q; alias: amethisthina quasdam:
Aut ostro: aut splendens ferrugine uestis ibera.
Confestim se quæq; nouo redimire colore
Præparat: & cui sit grati speranda decoris
Mentes palma agitat. grauibus micat illa corallis:
Hæc se uisendam raro dat uirgo monili,
Hæc phaethontiadum stillata electra querelis:
Pectore quæ: nec non niuea ceruice terantur
Grandia, sed minimo surgentia pondere gestat.
Est quæ præniteat genualibus. illa capillos
Neglecta cinisonis acu, cirro'q; fluente
Ræticulo, includit celebri, mitræ'q; superbit
Gemmatæ pretio insigni. prælustribus ardent
Armillis aliæ læuarum pondere grato.
Hæc strophio: quod pinxit acu manus optima, laudē
Præcipui quærit cultus in uirgine multa.

Assuit hæc limbum tunicæ: quem prægrauat auri,
Argentiq; labor stellantis margine cœli
Conspicuum rutilo. grandes suspendit elenchos
Auribus hæc: collo uirides parat illa smaragdos.
Leuibus hæc onerat baccis caput. annulus, illi
Qui certis micet articulis, exquiritur. empto
Hæ sibi crine placent. alias bombycinus ornat
Panniculus. plures q; nitor non arte petitus,
Et propriæ decuere comæ. quid singula narrem?
Nulla peregrinos non attentauit odores:
Ignotas q; suis scrutata est rupibus auras.
Quicquid habent Indi graciles: quodcunq; sub axe
Nascitur assyrio, Phœbi quod colligit ales
Funeribus præclustre suis, oluisse laborant.
Nanq; hæc procedit balanatis crinibus, illa
Spirat oronteam fragranti è pectore myrrham.
Coston, uel casias aliæ, uel cynnama. plures
Germinis hebræi guttas opobalsama olentes,
Ve nuribus blandita diu foliata latinis:
Sunt, quas conciliet raro caldæus amomo.
Sunt, quibus & flores cilicum myropolia uendant.
Omnibus hæc & enim pro phuco unguenta puellis.
Cultibus his, ac mille aliis fluit undiq; uirgo
Exultans nec adhuc uenturi conscia fati.
Ordine iam picta sistuntur fronte triremes
Matribus inuisæ multis. uectura refulget
Maurida cælato generosam puppis aplustri.
Festa puellari complentur littora cœtu.
Agmina uisendi studio iuuenumq;, senumq;

Nauiū apparatus.

Conueniunt: cultæ'q; nurus ſpectacula reddunt.
Procedunt, reſident'q; piæ longo ordine matres,
Atq; aliqua hic: multa compleri uirgine puppes
Dum uidet, indoluit, thalamos ſe noſſe, uiri'q;
Illecebras: q; ſe non exceptura uideret
Nauigia: & ſolis ſperari poſſe triumphos
Virginibus cultis hilares, ac gaudia noſſet.
Et iam mœſta parens amplexus iungit anhelos:
Oſcula'q; immiſcet lachrymis: pars pignora deflent,
Pars caras fruſtra queritur migrare ſorores.
Hæc blandæ neptis cor luctificabile ſedat:
Aut dulci teneros lenit ſermone nepotes.
Virginis hæc ſociæ ſingultus placat amaros,
Aut triſtes auiæ fletus, amitæ'ue dolorem
Mitigat: et uerbis queſtus caſtigat amicis.
Illa patris collo mox diſceſſura pependit:
Hæc fratrem complexa tenet: claſſem'q; moratur
Officio pars magna pio. iam'q; æquora molles
Mulcebant zephyri tranquilla iacentibus euris:
Agmina tota rate undena & ſe clara receptant
Virgies nauigia conſcendunt. Erata ſtimulante tuba, curſum'q; uocante.
Corpora lecta decem: quæ ſingula millibus eſſe
Imperio poſſent omnis quæſita per urbes
Puppim conſcendunt celſam: littus'q; relinquunt.
Aſtra putes, Phœbi'ue chorum cum Pallade læta
Parnaſi liquiſſe iugum: nec forma, nec ætas
Diſſimilis, pari ſurgebant corpore denæ.
Atq; ubi uere nouo cepit frondeſcere pontus:
Et ſortita ſuam ſunt ſingula millia puppim:

Hinc'q; puellarum plauſus, clamor'q; reſultat
Nauticus: hinc feſto reſonant clangore tubarum
Littora, dant proras pelago, dant lintea uentis,
Dant mœſtæ gemitum matres bona cuncta precatæ
Felices præter reditus: quos neſcia tantum,
Proh ſuperum'q;, hominum'q; fidem ceu conſcia fati
Ora premunt: nec mens potuit meminiſſe recurſus.
Q ua'q; licet madido claſſem, cœtus'q; ſequuntur
Lumine: & abreptas mox recto uertice quærunt.
Ipſi lætitia montes, colles'q; reſultant.
Ipſi lætitia puppes comitantur euntis
Turba tridentiferi nantes ultro'q;, citro'q;
Delphines, omnis'q; balæna britanica, & omnis
Tritonum, phorci'q; chorus, molli'q; natatu,
Et dulci conchæ ſonitu tumida æquora placat,
Ac pelagi componit aquas, ſtratos'q; per æſtus
Verbera caudarum tenui ſinuamine ludunt.
Armigeros probat ipſe ſuos Neptunus: & addit
Hortatus: ii ſpumiſera glomerantur in unda,
Merſantur'q; magis reuomentes naribus æquor
Nereidum mixti gregibus cirum'q;, ſupra'q;:
Q uæ plauſus, choreas'q; mouent in fluctibus altis:
Tortilis immenſo reſonat dum buccina ponto.

Eucharil ad Chriſtū conuerſio.

Regulus interea cœleſtis legibus agni
Inſtruitur: ritus ueteres, damnata'q; linquit
Dogmata: ius'q; pium ſubit omnipotentis alumni,
Ediſcit, ſeruat, metuit. nec deſerit illum
Martulus antiſtes fidei præcepta ſalubris
Inſinuans: donec monitus patefecerit omnes:

Huius enim lateri cuſtos grandæuus adhæret
Sedulus: exiguo nec ceſſat tempore poſtquam
Grata ſalutiferi ſuſcepit dona lauacri
Eucharius cæca mentis caligine pulſa,
Optima ſanctarum tractare uolumina legum.
At medios claſſis fluctus delecta ſecabat:
Læta' q; Iuuernæ ſeſe ſubducere tellus
Ceperat: & longe iam uela tumentia dextro
Flamine ſubductas Andron' q;, Monam' q; uidebánt:
Picta Britanorum ſpectantur mœnia: celſus
Quorum Mauride apex contingit ſydera forti.
Viſendæ claſſis ſtudio denſiſſima pubes
Hinc illinc feſtina coit. rate littus honeſta
Cingitur: & plauſu gemino circunſonat æquor:
Obuia nympharum procedunt agmina: matres,
Atq; uiri: patrum' q; ſacer ſe ſe explicat ordo.
Virgineus chorus excipitur, comites' q; Britanis.
Ante omnes Ino, Doris, Caſſandra, Dione,
Ambelis, Aſtyoche, Cleopatra, Ariadna, Lycoris,
Eurynome' q; duces undenis millibus æuo,
Stemmate, corporibus' q; pares, & diuite cultu:
Tabida membra ſalo, ſomno' q; cibo' q; fouentur.

D. Vrſula uirgines alloquitur.

Poſtera lux aderat. caſtos uocat Vrſula cœtus
Quos miro tenet eloquio. legem' q; fidem' q;
Chriſticolum iis ſacram inſinuat. mandata recenſet
Sancta decem: quorum memorat nonnulla iuberi:
Quæ tempſiſſe nefas mortalibus: atq; uetari
Pleraq;: quæ haud liceat committere labe ſine ulla.
Diuinæ' q; rei pandit myſteria: quis ſe

Donat habere homini comis potu' q̄, cibo' q̄
Arcano quodam ritu deus arbiter orbis:
Humanæ quem non mentes: non aliger ullus
Cœlestis populi innumeris e' millibus: ipsæ
Non leges natura tuæ deprehendere possunt.
A' cœli rectore etiam deno' q̄, deo' q̄
Concedi quædam: suaderi plurima dulci
Hortatu: quæ facta iuuent: nec lædere possint
Præterita humanos animos: obstent' ue saluti.
Ne uetitum feciſſe uelint: neue iussa relinquant,
Admonet: ut' q̄ graues agitent a' pectore culpas
Gutturis, inuidiæ, atq; iræ, fastus' q̄ superbi,
Ac spurcæ Veneris curas, sordes' q̄ repellant
Tristis auaritiæ: ne' ue ocia segnia mentes
Turpificare sinant, cordis mala semina recti.
Quæ denobilitent fugienda, petenda' q̄ rursus,
Illustrent quæ animas: ac diuum sydera donent:
Quis sine rerum opifex cœlum haud concesserit ulli.
Qua'm salebrosa uia ad superos, dumis' q̄ referta,
Arcta' q̄ sit, memorat: quid' q̄ illam molliat, addit,
Ac facilem præstet: nec non fabricator Olympi
Qua'm mortale genus dilexerit, eliquat ore
Mellifluo: & quæ pertulerit: seruaret ut illud.
Addocet & credi quid opus, crebra' q̄ petendum
Sit prece: quo Christi genitrix adeunda susurro:
Quo' q̄ salutandus diuum pater, atq; hominum rex
Affatu. utq; deo gratum spreuisse sorores,
Et dulces natos cum fratribus, atq; maritis:
Ac uertisse solum peregrina ad littora, & urbes

Auribus, haud contenta ſemel dixiſſe, frequenter
Ingerit, electi cœtus: nec præterit illud:
Interdum ut caros Chriſti pro lege parentes
Sit natis liquiſſe pium: cædesq; futuras
Nunciat; & quæ ſit merces ſperanda laborum,
Sanguinis aut fuſi pretium. quæ facta ſequantur,
Quæ fugiant: qua mente deum uenerentur, amentq;,
Inſtruit. excipiunt animis pia iuſſa ſecundis.
Intremuere tamen cædis ſub nomine mentes
Virgineæ audito: quod ne ſuccumbere cogat,
Proſternatq; rudes animos uix lege tepentis
Cœleſti, nunc feſta parat ſolennia, ludos
Nunc hos, nunc illos: dictis modo pectora mulcet
Lenibus: & mentes comitum ſolatur amicas.
Mauridos ore & enim uerborum læta redundat
Copia: uis ingens ſermoni, & gratia maior.
Tum petere auſonias urbes, & mœnia Romæ
Conſtituit patrios non aſpectare penates
Certa: ſemel dubiis ubi ſe commiſerit undis.
Nanq; frequens illud repetit de lege uetuſta.
Egredere è tellure tua: patriosq; penates
Defere: quamq; tibi monſtrauero, ſelige terram.
Nec properat: longo ſed uotum tempore differt
Puppibus hac illac ductis: nam tertius annus
Terga dedit: turbam dum per ſpectacula mille
Exercet. non hic ceſtus, agilesq; paleſtræ,
Non hominum curſus: celerum non puluis equorum
Defuit. o quoties ſeſe effudere quadrigæ
Carceribus: doluitq; pugil ſua præmia laſſus.

Prælia

Prælia naumachiæ ficto certata labore?
Quis numeret? curſu aut quoties ſpumauerit æquor
Nauali: qua non ſtrepuerunt puppe choreæ?
Ingenioſa quibus non alta uiſa carinis
Diſpoſita ludicra acie latrone gemello
Hoſtilis pugnæ in morem: ſecurus ubi hoſtem
Vulnere conficeret: uel cogeret agmine forti
Diſcolor hoſtis agens celeri dare terga recurſu.
Cognita uirginibus quæ non ſunt littora ſacris?
Tempore quum longo diuerſis partibus orbis
Mauri nouos ageres cœtu comitata triumphos.
Diſpoſitas nanq; exiguo diſcrimine iuuit,
Et male triceno cohibentes aggere fluctus
Orchadas oceani, atq; iiſdem mox æſtibus actas
Aemodas: & ſtamni dictas de nomine graio
Perlegere, ac Thulen: quam proluit ultima Tethys,
Hiberno Thulen ſortitam tempore noctes
Obſcuras, picea & denſas caligine, uerum
Aeſtiuo puras, & grata luce nitentes,
Solſtitio'q; graui nullas, infenſam'q; colono:
Irrigui careat dum tempore gleba ſoporis,
Corpora nec reparet ſomnus. Meluſſa nec ipſa
Præterita eſt: nec Burchanis: quam celtica pulſant
Aequora, non cœtu Aebudæ caruere frequenti.
Spectauit nitidas etiam Mæuania puppes:
Et modici Gadera ſoli, & Scandea, & Victis:
Et Dumna excelſis contemnens cautibus æſtus
Oceanos: terra'q; potens Cromyuſa feraci:
Complures'q; aliæ: nec non poſt, cætera adiuit

Quas inſulas & urbes. d Vrſula inuiſerit.

In nullas de metro abiicit as, ut ſtet uerſus.

Littora classe legens terras animosa uirago.
Massia quæsita est Tartesso proxima tellus,
Cumq; Belidoniis belos: mox, quam tuus urget
Cantaber oceanus: lustrata brigantia remis,
Et scæui Hannibalis portus: eboreq; fragosa
Mœnia, Thrincæq; arces, & Iberica Nesos,
Et Calpe, Olbysiiq;, & Salmyca, Tarseionq;
Xeraq;, & Agnotes, Tletesq;, Tritéq; pusilla:
Estq; amnis lustratus Anas, Bætisq; Tagusq;
Aurifer, & gemmas solitus proferre nitentes.
Satmalus haud latuit rarum genus auribus omne,
Satmalus haud dubie spatiosis corpus obumbrans,
Seq; tegens: aliaq; siti sub parte patescunt
Hippopodes: gentisq; pedes noscuntur equini.
Oraculũ senæũ. Celtica dein petitur numeroso remige sena
Certa sui referens oracula numinis olim:
Cuius perpetua censentur sede ministræ
Virginitate nouem, uenturi præscia turba.
Non prænestinæ superant hæc gallica sortes
Numina, non lyciæ, clari nec Apolline Delphi,
Non Themis illustrans fatis Cephisida ripam,
Non magni Dodona Iouis, non corniger Hammon.
Mira sacerdotum uis fertur, & ampla potestas
Esse nouem. datur iis fluctus attollere uentis
Aequoreos, una cœlum subducere nube
Carminibus, subitoq; diem confundere nimbo,
Mortales tonitru uexare, educere fulmen,
Ningere, prædura distringere grandine frondes,
Messem alio transferre queunt: mutare citati

Fluminis incurſum, Phœben deducere ab auris,
Morborum omne genus magico depellere cantu,
Vt marſi, aut afrum pſylli genus, Anguigenæq;
Helleſpontiaci ſerpentum dira uenena,
Fatiferumq; hominis uirus per corpus adactum
Contactu ſolum medico, dextraq; ſalubri
Emouiſſe loco cautes, tenuiſſe uolatum
Præpetibus, uiolens pectus mulſiſſe ferarum,
E Styge tartarea, medioq; Acheruntе reuulſos
Has etiam credunt excire in corpora manes,
Artibus & miris cineres animare ſepultos.
Nec potuiſſe ferunt plus Circen, aut Perimedam,
Vel gemino Mychalen Tryopeida corpore quondā,
Nec tantum ſcythicis Hecaten perſeida terris
Graminis hæmonii ſucco, nec Colchida tantum
Crudelem patri, ac natis, fratriq;, uiroq;.
Nam q; pharmacidas celebres lectisq; uenenis,
Et portentificis affatibus ipſa uetuſtas
Credidit effeciſſe: huius uel murmure paruo
Quælibet una poteſt cœtus antiſtita ſacri.
Quin & ubi placitum eſt, ſumptis fallaciter audent
In quæcunq; uelint tranſire animalia formis:
Qualibus Autolyci coniux Eriſichthona pauit,
Faticinus luſit cyrenes pignora Protheus,
Amphitryoniaden Achelous terruit: & te
Cultricem hortorum ſolers Pomona fefellit
Aertumnus: uis eſt ea numinis omnibus una:
Atq; hoc mira magis: q; nulla hic philtra, nec ullum
Hippomanes, nec ſtaminei rota feruida Rhumbi:

Carminibus uis ſola malis: oracula tantum
Iſta ſibi audaces expoſcunt debita nautæ.
Huc ubi peruenit tanti dux inclyta cœtus:
Senſit & infandos ritus: decepta'q; uidit
Impietate graui flens millia multa uirorum
Indoluit, ſciſſis'q; comis pia pectora planxit.
D. Vrſulæ oratio. Et ſecum omnipotens: per quem ſunt cuncta, creator
Quid ſibi uult tam triſte nefas? pretioſus alumni
Quo cruor ipſe tui defluxerit? impia cerno
Thura focis etiam nec ſpargi, & lactibus aras,
Et libaminibus placantem, & ritibus urbem
Dæmonas infandis. iſto precor, excute tantum
Orbe nefas: ne'ue impuros patiaris honores,
Theſſalicos prohibe mentis ludibria cantus
Humanæ, fidei'q; tuæ da noſcere ritus
Legitimos: & quæ fallunt oracula nautas,
Aut ceſſent, aut diſpereant, ceu flamine puluis,
Sole niues primo, tenues'ue per arua pruinæ:
Hunc tibi commendo populum: tibi ſeruiat uni
Cœlum, terra, fretum, laudem tibi prædicet uni
Perpetuam mortale genus: mala numina temnat.
Sic fatur: damnat'q; ſuis cum ciuibus urbem
Indignata coli lemures, ſtygiæ'q; paludis
Dæmonas: & rerum ſperni dominum'q; deum'q;.
Queſta diu repetit portus: hominum'q; nefandos
Deſpuit in mores: & ſe dein reddidit alto.
Multa gemens igitur fluctus, & uaſta ſecabat
Aequora Dareas uelo, remis'q; ſubacta:
Cum phlegethontei regnator carceris atra

Extulit obductos uultus caligine ab imis
Vmbrarum tenebris: & opaco terruit auras
Vertice suspiciens numerosæ uirginis orbem:
Et classem oceano tutam uidet ire patenti
Remigio, ac uelis, fatorum haud inscius, ergo
Protinus exclamat, sæuissima bella parantur
Cocyti, lethes'q; uadis discrimine certo.
Quid sibi uult tam multa cohors? tot sumptibus acti
In classem socii, numerosa'q; turba Britanum?
In leges collecta meas quid plurima uirgo?
Quo' subitura uolat ratis improba? cœtus & audax,
Vrsula'q; audaci dux cœtu audacior ipso?
Vix tot achemeniis constrauit classibus æquor
Militibus'ue hostile solum, meda'q; phalange
Hausturus gelidos fontes, fluuios'q;, lacus'q:
Cum primum Xerxes portus inuasit achiuos:
Mars'q; duplex grauiter pauefactis urbibus arsit.
Nil non triste rates, atq; exitiale minantur,
Infestas acies, funesta'q; prælia regnis
Cerno meis: in me crudelia signa feruntur.
Appeninigenam subitura est Vrsula Tybrin
Plus nocitura mihi bene compta uirgine uirgo:
Qua'm si tartareas confertis ariete portas
Millia multa uirum quatiant umbonibus: aut si
Tænarea hostili cingantur regna corona.
Sed peream: nisi mersa ratis sua fragmina toto
Sparserit oceano: qua sol oritur'q: cadit'q:
Et dignas dederit pœnas tam grandibus ausis
Ocyus ipsa mihi uexata, & naufraga summo

Dæmonis inferni oratio.

Iactatis fruſtra precibus, uotisq; tonanti,
Eſſe mihi numen fateatur uiribus amplum.
Nec mora, monſtrificis conſcenderat æthera pennis
Squamiger ardentem ſerpens: immania cuius
Agmina non ſuperent Epidaurius, aut Dircæus:
Aut quibus innixi cœlum inuaſere gigantes:
Arboris aut rutilæ cuſtos Maſſylus, ouisue
Phaſiacus Minyis quæſitæ remige primo,
Non terra naſcente ſatus tua gloria Python
Lauriger exhauſta per uulnus pene pharetra:
Non libycus multa notus tibi Bagrada cæde
Romuleæ, plebis longe exhalante ueneno
Vlnarum ſpatio centum exitiabilis horror,
Non hydra excreſcens, non hydræ mater Echidna:
His & enim compar: fronti ſi cornua, & alas
Dempſeris, exurget monſtrum: finisq; uolatus
Sena petita fuit. ſubit inde oracula uati
Nautarum neptunicolum commiſſa nouenæ:
Grandæuamq; magis ſic eſt affatus ab omni
Tum grege ſemotam ſocio, curæq; uacantem
Vltrici memorem, ſpretam ſe Mauridos ore.

Eiuſdē inferni dęmonis oratio.

Sacrorum, ritusq; mei fidiſſima cuſtos
Phemonoe, arcaniq; omnis certiſſima, pridem
Interpres: cui fas pelagi uel tollere fluctus,
Vel mulcere uagos, ſeruare, & perdere puppes,
Hoſtis in oceano, quid ſtas? communis utriq;
Vrſula claſſe petit legum ſecura mearum
Littora: & ad portus nunc hos, nunc commeat illos:
Improba ne ſortes fruſtra damnauerit iſtas,

Rumpe precor dubios æstus, atq; æquora tolle:
Quis'q; potes, dedimus'q; tibi, dabimus'q; futuris
Præsidibus: nostrum dum sæcula numen habebunt,
Artibus haud differ classem uexare superbam
Millibus undenis nympharum. sæuior ullus
Ritus non agitat nostros: nec supprimit hostis:
Non alium timui certe magis orbe sub isto.
Huius enim ut sileam ieiunia longa, pios'q;
In Christum affectus, ignotam spem'q;, fidem'q;,
Atq; inculpatæ mores, & dogmata uitæ,
Paciferi tanta est sermonis gratia: ut omnes
Componat facili rixas, & iurgia lingua:
Nulla'q; seditio est nostro commota furore
Orbe sub hesperio: nulli regione tumultus
Tam sæui occidua: quos non suppressserit ore
Vrsula mellifluo, bellorum legibus hostis,
Et placidis tantum studiis, & amica quieti:
Signorum'q; potens uirtute exterret, agit'q;
Obsessis de corporibus nos, nostra'q; temnit
Imperia: ægrotos'q; leuat: cinerem'q; sepultum
Excitat: & celsis fama caput inserit astris.
Nec de tam comptis mihi fas sperare triumphum
Virginibus: licet iis impune, & crimine nullo
Hae illac sparsisse oculos: non læditur ullus
Has spectans mentem iuuenis: pectus'ue mouetur:
Hoc & enim longis precibus, crebro'q; popoſcit
Murmure dux cœtus: exorauit'q; tonantem.
Adde, q; & iactat, nisi ficta est fabula, saluis
Omnibus, ac toto socio grege clara potentum

Atria Romulidum ſubituram, bis'q; peracta
Meſſe reuerſuram Agrippinæ ad mœnia ſeſe:
Huius tanta animum, ac mentem fiducia uexat.
Quo circa, infeſtos poſſim ut compeſcere motus,
Stat ponto ſparſiſſe rates: ſtat mergere uulgus
Virgineum, uulgi'q; ducem. freta concute tantum
Carmine. nos u'entis claſſem turbabimus ipſi.
Interea hæc, pretium obſequio ne defore credas,
Bina auri, totidem'q; argenti en uirgo talenta.
Sic fatus dicto citius diffugit in auras.
Senſerat hanc & enim ueniſſe in uota lubentem.
Tum memor infandi cultus Antiſtita læſi
Numinis, & proprii contemptus, excitat altum
Aeſtibus oceanum: quibus aſſolet artibus, ille
Nubibus inuoluens cœlum, lucem'q;, diem'q;
Surripit occiduo uix dum phaethonte ruentem:
Mox'q; ferus uentos, tonitrus, & fulgura, & imbres
Confundens pariter ſciſſis demittit olympo
Nubibus æquoreas miſcens cœleſtibus undas:
Et denſos nimbis fluctus diuerberat altis.
Nec lux ulla polo eſt, niſi quam dant fulminis ignes.
Nulla ſalutiferi portus ſpes luce remota,
Et fluctu inſurgente mari. lethum'q; minantur
Agmina uentorum permixta, & turbidus æther:
Aeoliæ ut credas naſto de carcere fratres
Aſtreo, & roſea Tithoni coniuge natos
Emiſſos iuſſu Hippotadæ indixiſſe liquenti
Bella plagæ: terris'q; ſimul, cœlo'q; minari.
Africus hinc, illinc boreas, hinc corus, & auſter.

Tempeſtatis. Deſcriptio.

In zephyrum'q;

In zephyrum'q; Eurus uires exercet: & alter
Alterius ſpirans molimina uincere tentat.
Flamine conſurgens nunc huc, nunc fluctuat illuc
Incertus, diſcors'q; ſibi noua prælia miſcet
Oceanus: dubiiſq; laborat ab æſtibus æſtus.
Virginei reſonant planctus: ſtridunt'q; rudentes
Puppibus hac illac iactis. uertigine pontus
Voluitur ancipiti: ſpumis'q; albentibus horret.
Approperant trepidi hi demittere cornua nautæ,
Ac legere è tremulis crepitantia uela ceruchis,
Subtrahere hi tonſas. alii partem æquoris hauſtam
Eiiciunt: pelagi'q; grauis, preſſæ'q; carinæ
Damna leuant: fatiſq; obſtant properantibus omnes.
Inſtabiles pars antemnas regit. obice puppis
Ille latus munit dubium, fit clamor: & illum
Horrida tollit hiems: nec quid iubeant'q;, uetent'q;
Rectores, ſinit audiri fragor arduus uſquam.
Aſtra petunt fluctus tumidi: ſecum'q; carinas
Nunc rapiunt faciles: raptas nunc protinus iidem
Præcipitant: quatiunt'q; uagis impulſibus actas.
Prouidus & q̃q̃ ſubduxit carbaſa primum
Ad pelagi murmur, trepidat tamen undiq; nauta,
Optatam nec ſperat opem claſſi'ue, ſibi'ue.
Nulla uacat puppis diſcrimine: ſed tamen unam
Mauridos ante alias pontus grauioribus urget
Aeſtibus, & crebro nimboſi turbinis ictu.
Plebs horret. pauet illa nihil: rerum'q; precatur
Artificem, hoſtiles'q; dolos diſpergat, & omneis
Inſidias: nec non placentur ut æquora, & æther:

Illæſæq; abeant comites per cœrula ponti.
Turba foros gemitu: largoq; ſedilia queſtu
Vociferans complet: ſcindit q; a pectore ueſtes.
Sola uacat Mauris precibus complexa tonantem
Pro ſe, proq; ſui cœtus animoſa ſalute:
Sentit enim regis monitu omnituentis olympi
Artibus infandis pelagus, cœlumq; moueri:
Paſſuras q; nihil comites, claſſemue ſuorum:
Quamuis eſſe dolis ſtygii ſerpentis, & ipſa
Iandudum ex ſeſe motus conceperat iſtos
Aequoris haud ignara ſui dux clara: nec ullis
Noctiuagæ id uicibus fieri, aut molimine lunæ.
Nec tantum fluctus decimos, triſtesq; procellas,
Stridentemq; hyemem, quantum gregis horret amici
Cum gemitu lachrymas: quem ſic lenire laborat.
D. Vrſulæ oſo. Ne trepidate precor comites: licet aſtra petantur
Aeſtibus his: uentisq; fremat polus undiq;, & imbri,
Nulla manent puppes diſcrimina, ponite curas,
Sollicitosq; metus turbatæ demite menti:
Mox dabitur claſſi requies, cœloq;, mariq;:
Mox etiam portu optato ſiſtemur, & altis
Littoribus tuti: ne res effundite ueſtras.
(Hoc & enim extremo diſcrimine turba parabat)
Dona deo dabitis mox tempeſtate peracta
Incolumes rebus ſaluis: terraq; potiti
Cœlicolum regi gratum teſtantia pectus.
Nil non certa fides, & mens ſyncera mereri
Se ſciat a cœli, ac ſuperum rectore potentum.
Talia dicta dabat: quum clarum nocte ſerenum

Cornibus effudit geminis argentea phœbe
Profiliens mentita diem: cœlo'q; fugatis
Nubibus e' ſudo præſigni luce refulſit.
Aethere uictus abit ſerpens crepitantibus ira
Dentibus immodicis, oculis imitantibus ignes,
Vnguibus incuruis, collecto pondere caudæ
Multiplicem in nodum, rictu metuendus hianti,
Liuentis'q; diu nebulæ ſpirante uenenum,
Fronte minax cornu gemino, nigrantibus alis,
Auribus oblongis, criſtato uertice, ſquammis
Horridus immenſis, informis corpore toto,
Sibila'q; effundens miſeros terrentia manes
Antra petit, ſtygias'q; domos Acheruntis auari.
Sternitur oceanus ueluti ſeges acta furentis
Flamine ſiue noti, ſiue olim aquilonis iniquo:
Ventorum eſt ubi facta quies, auræ'q; repoſtæ,
Se'q; Tridentipotens momento temporis uno
Pacatum ſtupet attonitus de Virginis ore.
Purior exurgit productis ignibus æthra:
Conueniunt'q; rates: tuto nox cætera ducta eſt.
Mane erat: & tellus iam proxima: tenditur illuc
In portus aura tenui ductante carinas.
Exultant'q; metu poſito: læti'q; capeſſunt
Littora uirginei cœtus, pariter'q; uiriles.
Corpora fracta ſalo recreant tellure potiti
Dona ferunt ſuperis nymphæ, deuota'q; ponti
Fluctibus ancipitis temeraria pectora nautæ.
Maurida certatim comites ex ordine ſortem
Seruatam amplexu cunctæ, dextris'q; ſalutant.

Dæmonis inferni deſcriptio.

Dein ſeſe incolumes mirantur: & aſpera ponti
Gratantes aliis aliæ pacata recenſent
Verbera, reginæ tantum ſub murmure paruo,
Illæſas q; rates tantis e' fluctibus iſſe
Fragmine remorum nullo: uerum' q; fatentur
Eſſe deum: Mauris quem prædicet, & colat, unum.
Hæc, & multa ſequens lux eſt conceſſa quieti
Nobilium comitum poſitis in littore menſis
Per ludos, cantus, epulas, certamina, riſus.
Nanq; huic pugnacis placuerunt arma fritilli,
Teſſara' ue, aut bicolor ſemper fugiens' ue, ſeques' ue
Calculus: hæc uoluit maioris prælia tali,
Aera pars diſco gauiſa eſt ſcindere ſorti.
Illa placet crotalis: digitis hæc cymbala pulſat:
Illa chelin: pars magna lyram pertentat eburno
Pectine: pars hymnos ſuperis canit, atq; tonanti.
Non tuba, non citharæ: non ærea cornua deſunt.
Sed nec multiforam damnarunt agmina Buxum:
Nanq; ambubaia ſeo blectauere ſonanti
Caſtificum quiddam plures: ſunt dulcia multis
Barbyta: non late reſonantia tympana ceſſant.
Nec quicquam cœlo indignum, fœdum' ue relatu,
Laſciuum' ue putes, nec gaditana ſuſurris
Mollibus: at quicquid regem cecinisſe prophetam
Credimus in numerum, cantatur uoce probata.
Cœrula concentus permulcent æquora caſti,
Audiit hæc populus miracula Virginis, atq;
Seruatas rigida ſub tempeſtate puellas
Puppibus illæſis portus tenuiſſe ſecundos

Seruatę ex tempeſtate uirgines genio indulgent.

Senę populus. ad Chriſtum cõuertit.

Celtica Sena tuus: damnata'q; ſacra reliquit:
Et ueros hauſit monitus, puri'q; lauacro
Gurgitis excuſſa ueteri caligine rerum,
Diuorum'q; hominum'q; deo luſtratus adhæſit.
Rex populum, regem proceres: ſimul inde ſecuti:
Exiguis tantum precibus generoſa uirago:
Et breuibus meruit uotis potis atria cœli,
Sydereas'q; domos humili penetrare ſuſurro.
Eſt ſinus, Atlantis pelagus qua Bætica pulſat
Littora Gerionæ Ceſi præluſtre ſepulchro:
In'q; ſinu portus uaſto telluris hiatu
Panditur: occiduis nomen de gadibus illi eſt.
Hinc ſenſim leuibus rumor ſeſe extulit alis,
Paulatim'q; urbes maior compleuit Iberas:
Mox & Gallorum diffudit fama per aures,
Germanos'q; omnis: Italos'q; afflauit ab altis
Alpibus, aduentare greges: qui millia centum
Nympharum explerent: & tanti Maurida cœtus
Eſſe ducem pactam Euchario ſponſalibus almis:
Cuius frenetur diuiſa Britania terris
Omnibus imperio, phœbo'q; admota cadenti,
Maxima quæ minima contenta eſt inſula nocte:
Claſſibus inſtratum Oceanum, properare ſuperbas
Martigenum ad ſedes, & thuſci Tybridis undam.
Hiſalia, & plura adiiciens diſperſerat omne
In uulgus falſis immiſcens uera per auras
Fama leues uolitans: quid enim confingere famæ
Non liceat? cœtus numerum ſic tollit, & auget
Virginei: ac murmur populos diffundit in omnes:

Gaditani ſinus Deſcriptio.

Qui populi Romã confluxerint. D. Vrsula aduentante. Inuocatio.

Ergo aliquot latii gentes, latiq́ propinquas
Sedibus excitas propriis impellit in urbem
Virginis innumeræ aduentus. uos pandite quæso
Pierides cyrrhæq́ iugum, sacros'q́ recessus.
Dicite, q̃ multus properauerit aduena ad urbem
Phœbus enim frater docuit uos omnia musæ.
Et rerum solæ ueterum meminisse potestis.
Quis locus, aut regio plana, aut montosa negauit
Mauridos egregiæ comitatum inuisere, & ipsam
Maurida parrhasias subeuntem mitibus arces
Auspiciis, regum q̃q̃ diadema ferentem?
Huc Calabri cum Lucanis: huc appula plebes,
Huc Rutuli, Ethrusci, Picentes, Ausones, Vmbri,
Et Lygures uenere: colunt qui & Brutia longe
Littora: quis'q́ dedit nutrix Aeneia nomen:
Quæ'q́ caput signat uiuacis mœnia cerui,
Dalmata, & illyrici plaga littoris, atq́ liburni
Huc gressus habuere suos, Sybaris'q́, Croton'q́:
Qui'q́ Phalantei perlustrant arua Galesi.
Inclyta Parthenope studiis non defuit, omnis
Officiosa fuit Campania. Vola, & Aquinum
Aptius æstiuis, q̃ brumæ mensibus, & qui
Phlegræos habitant campos, Antemna, Cosæ'q́
Nec Marrucini iam cessauere: iuuentus
Huc festinauit: quam Cosa, & Nursia profert
Nursia rapino cultu spectata frequenti:
Quam capit herculeum Tybur: quã Cæculus ornat,
Cæculus haud dubiis signis Vulcania proles
Creditus, atq́ omnis populus: qui mœnia Echetræ,

Et Meſmæ, Soræ'q; colit, pæſtana'q; rura
Floribus exiguum haud Paphies ſortita cruorem,
Chalcidicas nec non Cumas, bacca'q; Venafrum
Palladia excellens, Aruncæ turba, furentis
Lucilli gladio exultans, Nolana'q; pubes:
Q ui'q; colit populus laurentes nobilis agros,
Q ui Temeſã, Anchiſã'q; tenẽt: quos'q; Anxuris arua
Exercere iuuat marrhis, duro'q; ligone:
Q uis montis uerſatur humus: quem nomine certo
Troius inſignit tubicen: quos Ardea profert,
Fidenæ, & Gabii: quos nutrit Aricia porro
Præcipuo inſignis: ditat quos uitifer uuis
Maſſicus, & gauri Icarium nemus, & Surrentum,
Volſca'q; gens Marſi, molli & Naſone tumentes
Peligni, genus illyrico de littore ductum,
Veientes, nec non argiua ex gente Phaliſci.
Huc curſum bello aſſueti tenuere potentes
Samnitum populi. uenit ſpectator & omnis
Incola Flaminiæ, Aemyliæ'q; quot & capit ingens
Appia: quin etiam acceſſus Aquileia probauit
Mauri tuos, nec non Altinum, atq; Adria, & urbis
Gens Antenoreæ, & Carnorum, & Iapidis ore;
Municipes'q; mei: paſcit quos Rhetica tellus.
Huc quoq; Minciadæ feſtinauere coloni
Minciadæ uatum primo gens læta Marone.
Complures'q; alii: fulgens quot ſydera cœlum
Vix habet, aut æquor piſces, aut meſſis ariſtas,
Aut gratos uer purpureum diffundit honores.
Et iam tempus erat Mauortis mœnia, celſos

Aeneadum' q; lares delectam inuisere puppim.
Ergo, ubi iam modicis agitari fluctibus æquor:
Et curuis fidum pelagus uidet esse carinis
Dareas, terris' q; redit pars mitior anni,
Aureus Europæ uector: qua se explicat astris,
Et cœlo dat molle latus: libe uela uocanti
Sepositos transit Morinos uix æquore moto:
Vt nec opus fuerint unci retinacula ferri:
Nec sale feruenti latitantia saxa Molortho
Disquisisse graui: nec uerrere Nerea tonsis:
Oceanus tanta compostus pace quieuit:
Mox' q; caledonias blandis aquilonibus undas
Excipit emensam hanc tuta statione Thyella.
Aduēt⁹ Virginū in colo-niam Agrip-pinam.
Theutonas horrisonos bellis, atq; ostia rheni
Hinc subit: Agrippina tuam mox prospicit urbem,
Fatales' q; locos, & magnæ debita cædi
Arua: quibus comitum stragem fore noscere atram
Ducturam' q; pios cœtus super astra sororum.
Iam' q; in conspectu portæ: quæ tanta receptent
Agmina post binas hyemes casura sub ipsis
Mœnibus: occurrunt læti iuuenes' q; senes' q;.
Mirantur cultus' q; nouos, numerum' q; Britanæ
Virginis, & teneat quonam uestigia quærunt.
Nocte fere' in media, precibus dum casta uacaret
Mauris: & acciperet gratam pia turba quietem:
Audiit horrendam cladem comitum' q;, suam' q;
Hic fore cœlesti monitu: miseranda' q; uidit
Funera: dum' q; horret: dum' q; ipsa cadauera cernit:
Officium' q; sibi mœrens præstare uidetur,

Obuia

Obuia ſe opponunt cœleſtia præmia morti:
Atq; hic tandem animos, & mentem lata reſumit
Non hoſtem, non tela timens, non aſpera cædis
Nomina: non gladio iugulum præbere minaci:
Tam leue fit quodcunq; ſubis mercede parata.
Inde aliquot progreſſa dies per fluminis undas
Aduerſi Baſilea tuas ſucceſſit in arces
Remigium poſitura ſuum naualibus iſtis:
Atq; habitura pedes romana ad mœnia greſſus.
Huc demum extremo delecta ex orbe iuuentus
Fertur: & ex altis promit ſe plurima uirgo
Nauibus: ac ſeſe peregrina examina fundunt.
Deſcendit numeroſa cohors: puppi'q; relicta
Ordine deſcendunt proceres: proceres'q; ſecutus
Plurimus antiſtes. uix tot dedit agmina Teucris
Thermodoon: ſcythici quum primum tela furoris,
Peltatos'q; greges ſigeia mœnia norunt.
Doctrina, & uita egregius ſe hic Pantalus illi
Præbuit antiſtes comitem'q; ducem'q; laborum,
Pantalus & ſtudiis, & uita inſignis honeſta:
Quo Baſilea tuo tum nomine digna fuiſti.
Mauridos egregiæ chorus hic perferre labores
Incipit: ex quo & enim puppes Baſilea recepit,
Virginibus data rara quies, comiti'q; Britano.
Vix cœtus uires reparat nox una, dies'q;.
Poſt iter indictum, collecta'q; uaſa micantis
Luciferi ad radios: gliſcit mox lecta iuuentus:
Emicat ante omnes ritu ſuccincta Dianæ
Vrſula, non illi forma, ſed legibus impar:

Fit'q; pedes: celebri graditur comitante caterua.
Vernat ager: rident colles: montes'q; nitescunt
Flore nouo: totidem surgentia lilia credas,
Aut ueris primum uiolas decus, aut hyacinthos
Purpureos: totidem'ue rosis certare amarantos.
Complentur montes: tum siqua occurrit & illis
Largus ager numero minor est, atq; arctior amplo:
Tantus habet terram populus. iam longa citato
Planicies euicta gradu est: campis'q; relictis
Iam montana legunt: superant'q; cacumina nymphæ.
Iam Lygurum calcatur humus: populosa'q; late
Mœnia lanigeræ suis ostentantia uellus.
Mox fessas reparant uires, phœbi'q; sequentis
Expectant radios, & gratæ munera lucis.

FRANCISCI ROSETI VERONENSIS MAVRIDOS LIBER SECVNDVS.

IAM feſſa dabat ſoli nox terga futuro:
Et matutinos ſubducere phoſphorus ignes
Cœpat exoriẽs: nec dũ iuga roſida titã
Lumine pgrediẽs pplis mõſtrarat eoo:
Cum Mauris cœtu educto, quanquam horridus aer:
Qualis ſæpe hyadum ſurgentum uiſitur hora,
Nubibus obducit cœlum, pluuiasq; minatur,
Carpit iter: celeri properat comes inclyta paſſu
Virgo omnis: multumq; uiæ poſt terga relinquit,
Nulla moram faciunt imbri commixta ruenti
Flamina: quin pergit feſtino interrita greſſu
Arua legens, colles ſuperans, nemora auia luſtrans.
Præterit ergo tuas generoſa Placentia turres,
Et parmenſe ſolum: Mutinæ quoque præterit arua:
Excelſisq; legit te culta Bononia tectis.
Inde Bianoreæ ſedis magalia tranſit,
Regificasq; domos, atq; aurea mœnia ditum
Florentinorum tenuit lectiſſima turba.
Hinc properat, paucosq; dies conſumit: & urbem
Aſpicit optatam: ſeſe capitolia primum

Aduẽt⁹ uirginũ in urbẽ.

Oſtendunt, ſeptemq; orbi iuga cognita colles.
Miluius agmen agit clarum pons: porta receptat
Flaminia. exultat mira pons, portaq; geſtit
Lætitia: & uiridi teſtatur gaudia fronde:
Nec minus ipſa nitent & odora mœnia myrto,
Atq; omnes lauroq; uiæ, buxoq; teguntur
Artifici: & ſtratis urbs tota tapetibus ardet.
Ingreditur peregrina cohors, duxq; ipſa cohortis
Vrſula. decurrunt ſeptena ex arce quirites:
Quosq; rei nouitas, & ſparſus rumor in urbem
Egerat hinc illinc propriis de ſedibus amplam:
Et ſtupet aſpectu primo romana iuuentus:
Tum geſtit, gaudetq; nouo ſua mœnia cœtu
Compleri, aduentus ſcitari, & quærere cauſas.
Millia quot iuuenum nunquam tua Romule nórat,
Plebs uidet: aſpectat cultus: nec corpora damnat.
D. Vrſulæ forma. Præcipue tamen in ſe omnis ſpecioſa quirites
Vrſula conuertit: greſſus mouet uſq; decentes,
Atq; uerecundo ſuffundens ora rubore
Pulchrior efficitur, procero corpore ſurgens
Vna heroinas ueteres imitatur, & æquat.
Syderibus certant oculi ſub fronte micantes,
Nec cedant: ſi non ſubmiſſius iſta ferantur
Lumina. ſidoniis infecta rubeſcere conchis
Labra putes, facies, qualem non uideris ullam
Triſtitiæ grauis amota, iucunda, hilarisq;,
Nec laſciua tamen. gratus nitet ore modeſto
Mixtus utroq; decor: poſita eſt uelut ægide Pallas:
Nympharum aut ſeptam qualem Titanida cœtu

Exercere ferunt per amœna uireta choreas,
Eurotam aut propter blandum, aut per iuga Cynthi.
Multiplici comitum graditur ſtipante caterua
Purpuream uario pallam circundata limbo.
Nominis atq; obiter clari quæcunq; dederunt
Obuia ſe intranti diuorum phana reuiſit
Iuſſorum haud oblita dei clariſſima uirgo
Primum adeunda gradu mandantis templa uerendo.
Sić q; ſalutato diuuḿ q;, hominuḿ q; parente
Muneribus ſimul oblatis locupletibus, ipſam
Quæ deceant, adit auratis ſuffulta columnis
Atria pontificis ſummi: quibus obuius ille
Egreditur canis, & maieſtate uerendus
Linigero, roſeó q; patrum ſtipante ſenatu.
Regia tum uirgo ante omnes excepta ſalutem
Accipit, & reddit, pedibuś q; dat oſcula ſanctis,
Poſt conſanguineæ matres, procereś q; Britani.
Non nullæ accedunt hilares, & ſanguine iunctæ
Pontifici, ille libens agnoſcit, fronte remiſſa
Excipit: & dulci lætus ſermone moratur.
Lecti deinde greges comitum ſeſe ordine promunt:
Oſcula dant ſanctis pedibus, proní q; ſalutant,
Atria tum repetunt. ualuis bipatentibus intrat
Maximus antiſtes peregrino ſeptus honore.
Succedunt proceres longa & ſe ſede receptant,
Virgo patris ſummi ſolio tum proxima ſedit
Regia candenti ſella ſubnixa curule.
Hic ſibi quid uellent comitum poſt multa, cateruæ,
Atq; uiæ cauſas aperit ſermone modeſto.

Pontifex obuiam progreſſus uirgines excipit.

D. Vrſulæ munera.

Munera dein profert triplicem regina coronam
Grandibus inſignem baccis, gemmis'q́, quot orbis
Poſſedit patrius quondam, pateram'q́, crucem'q́
Artis opus fabræ mirum: trieteride ſolers
Quod uix Anthermus properans abſoluerat una:
Pontificum'q́ illam ſummorum: hanc multa uerendis
Cum geſtis dinum effigies ambiuerat auro.
Quippe illic orbis moles tribus obſita terris
Europa, Libya, atq́ Aſia, circumfluus ambit
Nereus has late, conuexa'q́ regia cœli:
Et ſuperum ordinibus ſedes diſtincta nouenis.
Aurea nobilium gemmis radiabat, & auro.
Maximus in ſolio diuum pater. inclyta mille
Hinc, atq́ inde nitent totidem uenerantia regem
Numina: dein matris'q́ dei, ſponſæ'q́ tonantis,
Et nati pariter ſpirans fulgebat imago.

Noui inſtrumenti catalogus.

In numeri circu'm infantes infra'q́, ſupra'q́
Ludunt purpureo uelati corpora amictu:
Immiti Herodes gladio quos extulit olim
Inſontes Cinna, Mario, Sylla'q́ nefandis
Ciuibus improbior, Pharii & Buſyridos aris,
Et Diomedeis præſepibus, atq́ Nerone,
Antiphate, Scine, Lotophagis, Scirone, Procuſte,
Trinacridos terræ monſtris crudelior unus.
Omnibus iis uiridi præſignis dextera palma,
Haud procul hinc reſidet ſacri pia turba ſenatus
Biſſeni proceres, legis fundamina noſtræ:
Eſt quibus inſignis cereali mergite dextra,
Læua'q́ palmitibus multum frondentis iacchi:

Hos ſtipant celebres ſtudiorum laude perenni
Quattuor hinc,illinc totidem cœleſte ſonantes
Dogma uiri:comes iis raptus ſuperignea quondam
Sydera ueracis Chriſti uas dogmatis amplum:
Præcoq́, Mopſopidum laudat quem turba loquentē,
Pallentesq́ ſophi pariter, Dionyſius ingens
Suſpicit,obſeruat,ſequitur:nec deſerit uſquam.
Hunc propter cœlos licuit cui cernere apertos:
Dum lapidum ſæna pulſatur grandine,faſſus
Eſſe deum:cruce quem dignum iudæa putaſti:
Et quem ſuppoſitis diſtentum ferrea crates
Ignibus exuſſit Decio mandante.ſagittis
Aſpera cui meſſis per corpus inhorruit omne,
Telorumq́ ſeges.Soter, Germanus, Alexis,
Arſenius,Clemens, Baſſus, Fauſtinus, Heraſmus:
Quemq́ olim triſti dominus reuocauit ab orco
Hoſpitii,meritiq́ memor uix ducere noctes
Quattuor in tenebris paſſus ſtygioq́ receſſu,
Hermagoras,Proculus:Firmus,Firmiq́ ſodalis: Firmus Ruſtic⁹.
Spinea quorum humeris rapuit caput horrida ſerra,
Heu facinus,rariq́ genus miſerabile lethi,
Nunc patriæ hæc tam cara meæ,quam dicitur olim
Manalis tibi Roma lapis generoſa fuiſſe.
Hic etiam Hyginus, Magnus, Getulicus, & quos
Militia illuſtres,atq́ horrida ſigna ſecutos
Vexit equus,fulgent in equis mandentibus ore
Fulua lupata fero,ſpumaq́ albente fluenti:
Quos aliquis miratus,opus dum ſpectat, & hæret
Attonitus,taleis effudit pectore uoces.

Haud ſecus Adraſto fuerat ſubiectus Arion,
Cyllarus Oebalio iuueni, pennaʼue tumentem
Talis Abantiaden patrios de Gorgone cæſa
Bellerophonteus ſonipes reuehebat ad argos:
Non Xanthum, Baliumʼue aliter ſpectauit Achilles
Illiadum terror rapidi Simoentis ad undas
Dardanias agitans curru uolitante phalanges:
Nec ſecus ardentes magnum per inane feruntur
Solis equi æthæa luſtrantes lampade terras.
Alipedes credas pholoen, uolucremʼue podargam,
Aut irim palmæ addictas genuiſſe feroces:
Aut ſobolem ueteris Corithæ: & gramina paſtos
Cappadocum, aut campis ſuetos telluris Iberæ.
Tanta laboriferæ crucis eſt induſtria ſigno
Addita: & Anthermũ comitata eſt gratia, nec non
Tantus honos dextram artificem, curamʼq; ſecutus.
Hæſerat iis: de quo ſublimis rector olympi
Accepit chlamydis partem quaſi frigore torpens:
Cuius agit feſtum rictu per pocula ducto
Vulgus iners: & uina dicat cui uillicus horna.
Hic radiant Felix, Egnatius, Euſebiusʼq;
Anſelmus, Gallus, Mamertes, Barnaba, Siſtus,
Miltiades, Rocchus: quo numine gentis aquoſæ
Mœnia ſeruantur: quo plus iam curia gaudet,
Adriaciʼq; maris populus regnator amico,
Quaʼm magno, atq; ſuæ geminis cuſtodibus urbis.
Gilbertes, & Zenobius, Donatus, Vbaldis,
Simplicius cum Dorotheo, Gorgonius, & quos
Experta eſt medicos pietas non arte minores

Quaʼm tu

Quam tu Coe ſenex, Pæon, Podalyrius, atq;
Phyllirides, &, quem timuit mors ſæpe, Machaon:
Quam'q; Coronides, & Cyrrhæ præſul Apollo.
Maximus hic Phocas, Placidus, Tyburtius, Abdon,
Caſtorius, Victor, Torpetes, Seruulus, Vgo,
Vrbanus, Proſper, Marius, Mariumq; ſecuti
Vitalis, Cleti'q; comes, Cletus'q;, Syrus'q;, Cletus & Marcellinus.
Candidus, Antiochus, Nabor, Paulinus, & acer
Patritius, Cleophas, Rufus, Creſcentius, & qui
Sponte latus domini indigne morientis, & alta
Heu cruce ſuffixis manibus, pedibus'q; iacentis
Humani generis noxa feliciter hauſit.
Hic etiam argento ductus Vincentius heros
Spirat adhuc grandes animos, inuictaq; fortis
Pectora: deliciæ quem non mouere: nec ullum
Supplicii genus, aut tortorum dextra furentum.
Hippolytus, comitesq; boni hic ſpectãtur, & ingens
Xyſtophorus uitæ meritis, & robore, Thomas
Corpore tutatus ſacrorum iura cruento,
Diuum pro populo hic faciens mactatur ad aras.
Hinc grauis Antiſtes manibus tria munera præfert Nicolaꝰ
Aurea mala piis: Lycii cui thura receſſus
Annua ſolennesq; Myron inſtaurat honores.
Egregius Chriſti miles, ludiq; magiſter Caſſianꝰ
Hic micat: exanimem quem pugillaribus olim,
Et graphis ſectũ grauibus ſua turba cecidit.
Cuiq; putant nemorum poſita feritate loquenti Blaſius.
Intendiſſe greges: quales commenta uetuſtas
Orphea cum ſyluis, & montibus eſſe ſecutos,

Tyrrhenas'ue audiſſe acies te maxime Arion:
Frãciſc⁹ Dum nautæ fugis inſidias per carmen auari.
Abditur hic uaſti, rigidi'q; crepidine montis
Diues opum quondam, dein paupertatis amore
Vir cynicos uiciſſe potens, quino'q; uerendus
Stygmate pene' refert domini omnituentis alumnum:
Si non dedeceat componere magna puſillis.
Argento'q; nitens gratus comes additus illi
Dñicus. Nec ſtudio, nec laude minor: quos turba ſecuta eſt
Plurima diuerſos tunicis, non dogmate, nec ui
Præco dei hinc matris ſummus. Mutinæ'q; uerendus
Bernardus. Antiſtes, cum Timotheo & Polycarpus ouanti:
Gemi nianus. Cuius felices epheſus laudauit habenas.
Roman⁹, Fauſtus, Satyrus, Chryſoſtom⁹, Hermes,
Caius, Ancœus, Quintinus, Onophrius auro
Petro nius. Hic radiant. nitet hic: quo tuta Bononia ſurgit
Præſide: ſed nec abeſt cœtu Benedictus honeſto:
Clara uena frano cui termite dextera fulget.
Sabba, Tryphon, Leo, Panthemius, Venãtius, ardẽs
Nereus. Nereus, atq; Comes, Iuſtinus, Protus: & ille:
Achille⁹ Cui flos purpureus, pariter quoq; gemma puer'q;
Hyacin thus. Arcipotens tibi dilectus dare nomina certant.
Quo'q; tumet pater Andulphus, Theodora'q; mater,
Thomas. Luſtrali'q; foco, atq; aris ueneratur Aquinum
Thuricremis algens: cui'q; omnis meſſe ſabæa,
Qua phœbus cadit, atq; oritur iam ſupplicat orbis:
Hic uolucri peragit numeroſa uolumina dextra:
Quæ nec Chryſippus uincat, nec Didymus æquet.
Haud procul igne micans protẽdit ab agmine cornu:

Cum duce cui certata herebi ſunt prælia mille
Pro cœli, rerumq; deo fortiſſimus heros:
Cuius & Anthonis nomen de nomine dictum eſt.
Proximus huic ingens geſtorum laude, potensq; D. Leonardus.
Inſontes ſeruare reos uel compede fracta,
Vel manicis, uel laxata fore carceris atri.
Sub titulis ſtant quisq; ſuis, quos inſula texit
Quondam iure triplex præclaris faſcibus auctos,
Et gregis eximii paſtores numine ſeptos:
Quiq; caput ſacro fuerant diademate compti
In trabea, & foliis ſplendent regalibus iidem.
Artificem extremi clauſerunt marginis oram
Remigius cum Chryſogono, ac Zenone meorum
Numine municipum inſigni: cui læta quotannis
Terq; quaterq; pios Verona inſtaurat honores.
Parte alia ſtabat ueterum chorus ordine patrum,
Et matrum ueneranda cohors, felixq; nepotum
Linea: ni primis damnata parentibus eſſet.
Hiq; aderant pulcher pulchra cum cõiuge Adãmus
Humani primus generis pater omnia cunctis
Piſcibus, atq; feris auſus dare nomina quondam,
Alitibusq; uagis: cui tellus tradidit ortum
Secta dei, mirum digto, ac uirtute potenti:
Et quem terrigenam non falſo dixeris ore
Dente ſatum quamuis nullo, nec colchide terra,
Nec Thebis: huiusq; neget generoſe Prometheu
Artifici finxiſſe luto te membra uetuſtas.
Filius hunc propter, ſacris laudatus Abelles:
Inuida quem fratris mactauit dextera ſæui

Innocuo primum terras ſparſura cruore.
Paſcitur haud procul hinc fruticoſo cæſpite ſerpens:
Horridus: inſidiis cuius decepta uirago
Nobilis e' uetita decerpſerat arbore malum.
Hunc circu'm ſteterant non æquo lumine Semes,
Nachor, Aras, Hebber, Sethes, Iaredus, & Enno.
Atq; idem hic uitis'q; ſator, primæ'q; repertor
Puppis adeſt, idem'q; ratis uector'q;, faber'q;:
Q ui fuerat Typhi melior, melior'q; Phereclo.
Læua racemiferi redimitur palmitis umbra:
Ancipitem ſed dextra tenet robuſta bipennem:
Q ua deformatæ multo ſunt robore ſyluæ.
Fluctus agit pinum, pagaſæam dixeris argo.
Hic etiam Lothes. hic turris ſydera pulſans
Impia ſacrorum mentitur facta gigantum:
Et uarias toto linguas diſſeminat orbe.
Maximus hic regum terror, dextra'q; timendus
Militiæ ſolers ſtudiis, & pacis amator
Intrepidi Moſes animi: ductor'q; fidelis:
Q uē non Scipiadæ, aut Pompeii, aut urbe Camillus
Aſſerta, aut Cæſar uincat præſtantior armis:
Nec quo cenſentur dircææ mœnia Thebes,
Epaminũdas. Non Pyrrhus, non Antigonus, non Annibal æquet,
Perſarum aut domitor Hammonis credita proles,
Pellæus iuuenis ſoboles generoſa Philippi.
Nam ſexcenta uirum deduxit millia terra
Impiger e' Pharia iuſſu rectoris olympi
Signorum uirtute potens, ſed debilis ore.
Q ua'm uero multos acie deuicerit hoſtes

Marte graui, & latis quæ fuderit agmina campis:
Aut quantos uirtute duces demiserit orco,
Longa referre mora, & gestorum maximus ordo est.
Idem hic iudaici iuris conscriptor honestus,
Doctior haud tantum, sed & obseruantior æqui
Pompilio, Minoe, Diocle, Dracone, Lycurgo,
Mercurio, Cerere, Eudoxo, Tyrioq; Charunda,
Quiq; Argos recte, & docuit qui uiuere Locros,
Legiferas dextra profert uictrice tabellas.
Proximus huic frater uirga præclarus Aaron,
Atq; aliquot sacri fatorum conscia uates
Pectora: sortilegos uincant qui numine Delphos,
Chaldæos, Bessos, Dryudas, te & corniger Hammon,
Fatidicamq; Themin quondam, & quicunq; furentes
Pellei iuuenis temeraria castra secuti:
Quiq; fugam damno pedis arripit, eruta quiq;
Lumina flet: nec non grauiter duo pignora Martis
Iliaci sibi rapta dolet qui tempore diro.
Stulta & enim his quondã nimium decepta uetustas
Nominibus: neq; quid ueri quis protulit horum.
Nil nostris nescisse datum est ab origine mundi
Quæ uentura forent ad finem cognita chartis
Prædixere suis afflati numine certo.
Hic rex: parcarum cui fas effringere legem
Supplicibus lachrymis, & uitæ extendere metas.
Hic cuius precibus terræ omniparentis, & æthræ
Lux stetit: & seram stupuerunt sæcula noctem.
Hic Abræ sterilis coniux, hic Melcha, Lyeq;,
Adda, Rhebeccha, potens Hesteris, Sella, Rhachelle

Egesistratus Eleus Mardonii ariolus. Percossius: cuius meminit Hom. ii. ili.

Par Helenæ, ac Veneri forma, ſed moribus impar:
Quæ'q; manu uidua ſolers armatur in hoſtem:
Dum faciem colit, & fictos ſuſpirat amores
Auſa uiri facinus mulier memorabile ſæclis
Omnibus, ulta ducis ciues, patriam'q; cruore.
In'q; ſalem Lothis conſors hic uerſa rigeſcit
Præcepto aduerſata dei ceu fœmina uecors.
Natorum hic ſeptem genitrix crudelia cernens
Funera in Antiochum iactat conuicia regem
Tantali pene' tibi ſimilis: dum pignora deflet:
Hic duodena tribus micat exiguiſſima monſtrans
Signa uirum, iuſſus natum mactare tonanti
Suſtulit in facinus dextram pater. hic mare tranſit
Plebs rerum domini ſuſpenſis fluctibus alte
Seruitium fugiens ſæui Pharaonis, & iras,
Ingens prodigium, gratum tamen: unde ſalutem
Ceſſantis pelagi media inter cœrula ſiccis
Turba ruens plantis referat, perdat'q; ſequentes:
Quale & Pamphylio miles pellæus in æſtu
Expertus ſtupuit patefacta per æquora curſum.
Tris fornax ſuccenſa uiros impune laborans
Ignibus hic terret rapidis: inter'q; leones
Præcipua feritate graues ſecurus oberrat
Egregius iuuenis ſuſpectans lumine cœlum.
Euxini immitis ſcopulos prægreſſa minaces
Illæſum ſcythicis præceps Balena remittit
Littoribus prædam cæci modo pondera uentris,
Monſtrum urgente ſalis fremitu per gurgitis undas
Spumiferi uates deiectus puppe tumentis

Remigio hoſtili uehitur: tumulatus, & expers
Funeris, atq; idem huic raptor, ſeruator, & idem
Vitæ dona tulit uaſti ferus incola ponti.
Hic Iſaacus adeſt, atq; hic tuus Anna maritus
Vir pietate grauis: ſed lumine captus utroq;
Leuibus innixi baculis. hunc Phinea, & illum
Dixeris Oedipodem: morum niſi diſſitus ordo,
Et diſpar uitæ ratio diſcriminet ambos.
Proximus iis fulget raræ uirtutis Iudas:
Cui neq; ſe Otryades: neq; ſe dux conferat audens
Spartha tuus: quem pro patria fleuere cadentem
Thermopylæ: nec qui cupidus prenſare carniam
Hoſtilem proprii deſpexit corporis artus.
Humanos mentita ſonos hinc rudit Aſella
Verberibus duris, & numine territa uiſo.
Paſcitur horrenti hic nemoris proiectus in umbra
Inſtar rex pecudis pœnas dans mentis iniquæ,
Pectoris & tumidi: quales commenta uetuſtas
Immugiſſe canit deſertis prœtidas agris
Luctiſonum uocis gemitum referente boatu.
Non qualem ueteres Io finxere poetæ
Emenſam gemino terras, atq; æquora cornu.
Hic Ioſephe micas rarum, & memorabile ſæclis
Omnibus exemplum: quid poſſit caſta iuuentus:
Cuius non animos flexit pulcherrima fortes
Nobilis, ac diues pharia de gente marita:
Cui nec contempta Phryne ſe comparet audax
Mente ſenex: nec damnata perſæpe nouerca
Venator rudis Hippolytus: nec triſtis, & acer

Cynegirus Athenienſis.

Dilectus Sthenobœa tibi, neglectus & idem
Votis mobilibus iuuenis, nec pectore firmo:
Quem nũc corruptum illecebris tibi iũgere gaudes,
Et precibus, nunc insidiis male perdere tentas.
Noscitur hic genus unde humili non stemmate duxit
Factus homo rerum dominus de uirgine Ioras,
Zara, Hammon, Iesses, Matthas, Ioattha, Naasso,
Manasses, Abiuda, Phares, atq; Azor, & Achis,
Cũq; Asapho Rhoboas, Abias'q;, atq; Ozia, & Ephrõ:
Quos'q; referre mora est, procerum lõgissimus ordo.
Hic æui metis Priamum qui, & Nestora uicit,
Tithonum'q; senex, cumæa & sæcula uatis,
Cornicum'q; annos, longissima'q; alitis indi
Tempora præteriit: felices explicat annos
Compositis dextræ digitis, uiridi'q; senecta.
Nobilis hic Mosis uirtute, & nomine uirga
Cornigeri, latices'q; silex proferre coactus
Enoch & Helias. Hic nitet argento: quos'q; abstulit igneus axis
Dalmatico curru radiant ardente metallo.
Aureus eximiis aliquot post prælia Sampson
Viribus illustris, uictos & fortiter hostes,
Emicat hic non par tantum, sed robore maior
Aegida: Aeacida, Alcide, Patriam'q; crotonem
Sortito, quanquam non lætior exitus illi:
Vinctus enim illecebris, & falso elusus amore
Detonsas'q; comas, suffossa'q; lumina deflet.
Hic gemini argento surgunt uel ab ortibus ipsis
Discordes animos, infesta'q; pectora fratres
Sortiti uaris geniis ratione sub alta.

Flagrat

Flagrat in ùs uultus'q; minax, frons'q; horrida terret:
Alterius'q; dolis armantur triſtibus ora.
Oedipodionidas quales fors pinxerit olim
Doctus uterq; Mycon, uel Pamphilus: omnia uel qui
Tentauit pariter felici ſchemata dextra,
Vel Zeuxis, uel Demophilus, uel magnus Apelles,
Parrhaſii'ue manus, ſiue ars animoſa Timantis.
Iunxerit haud aliter fratrem pictura Thyeſtæ.
Nec miranda ſenum minus hic infamia ſurgit
Illa, grauem cauſam puero integrante: maritus
Q ua conſorte thori non eſt fraudatus amica.
Iudicii infandi pœnas damnata ſenectus
Iure ſubit. repetit caſtos Suſanna penates.
Hippolytum forma ſuperans hinc regia proles
Legibus abiectis auſus ſe credere bello,
Dum fugit infelix, prehenſus'q; ex arbore pendet
Crinibus heu nimiis, ſæuo transfixus ab hoſte
Inuito hic meritas patri dedit Abſalo pœnas. Golias.
Et tibi multorum terror proſternitur ingens
Hic funda ſtridente gigas: quo iuſta cadente
Sceptra capis fortis miles, rex'q; inclytus idem
Dauide lyricis non inficiande poetis.
Nanq; potens citharæ neruis, atq; arte canendi
Exuperas Alcmana modis, & Pindaron œſtro
Carminis ablatos: ſed nec minus Ibicon unum
Ibicon arguto modulantem carmina plectro: Simonides.
Cuius & infantis flens docto ſedit in ore Steſicorus.
Threicium Philomena nefas, quem'q; abſtulit uuæ Anacreon.
Paſſæ acinus, numero artifici, uena'q; potente

Diuitis eloquii uinci'q, premi'q fatetur.
Haud procul eſt felix Salomon: cui condere templum
Fas fuit excelſis ſolymorum mœnibus uni:
Eximium ſophiæ exemplum quem ſæcula norunt,
Nec minus indomiti cenſus: cui ceſſerit ultro
Attalus, & quisquis laudatus perſide gaza eſt,
Phryx'q Mydas, Lydus'q potens: quem iure beatum
Ante rogos, cineres'q Solon quondam ore negauit
Intrepido cunctis præſtantem regibus auro.
Matribus hic & enim ſolio ſubnixus eburno,
Diſtricto'q minax gladio dat iura duabus.
Viſcera ſollicitæ haud dubites commota parentis
Cædis in euentum. blandum captare ſoporem
Infantem miſere extinctum ſub mollibus ulnis:
Et dare uiuentem uagitibus ora ſolutis.
Hic fortis, ſemper'q parum laudatus Iopes
Magnarum poſſeſſor opum ſine faſcibus ullis:
Quem nec pauperie Curius, nec Mutius igni,
Nec tormentorum ſuperet ui regulus ulla.
D. Ioan. Baptiſta Præcurſor'q micat uillis ſpectandus, & auro
Aſtrorum domini ciuilia tecta peroſus,
Secreto latitans dumoſæ rupis in antro,
Par Bruto, deciis'q tribus, gemino'q Catoni,
Et Fabiis uitæ contemptu, cætera maior.
Anna parens matris domini cum coniuge ſancto,
Et felix Chriſti genitor faber optimus, atq
Artificum ueterum exemplar pars inclyta in auro
Extremum cingebat opus laudata coronis.
Quæ ſacer excurrit uolucri dum ſingula paſtor

Lumine, dum recolit tantarum nomina laudum,
Non tenuit mœstus gemitum lachrymare coactus,
Et male dissimulans suspiria traxit ab imo
Pectore, ceu uitam reputans egisse palustrem,
Ignauam'q; nimis, ueteres pertæsus & annos:
Quod graue pro domino nil dum iam præsul obisset.
Aedibus interea totis conuiuia mensæ — Cõuiuii apparatus.
Dispositæ expectant, dapibus'q; onerantur opimis.
Murice tincta nitet hinc illinc uestis olenti.
Splendida regales ostentant atria luxus.
Emicat argenti uis plurima, plurima & auri.
Aspergit data lympha manus: celeres'q; ministri
Obtendunt tortis mantilia candida uillis.
Dona uolant gratæ Cereris deprompta canistris
Grandibus: & læti se effundit copia Bacchi — Vinorũ genera.
Setini, albani & ueteris, ueteris'q; falerni,
Et mamertini, referam ne cœcuba, chium,
Rhetica multorum annosam uictura senectam
Dona soli pretiosa mei, fundana, calœnum,
Massica: quod lucana dedit, quod lyctia tellus,
Q d' Lesbos, qd' Cypros hẽt, quod'q; arua Myconis.
Accumbunt. pater ipse thoro sanctissimus alto
Eminet: & secum cœtus iubet esse uiriles.
Altera pars aulæ fulgentem Maurida cepit,
Virginei'q; gregis partem: pars altera lato
Discubuit campo: qui proximus ædibus hæsit,
Hunc ostro ardenti uestes, artis'q; labore
Conspicuo uariæ, & texere aulæa. refulsit
Haud minus & picto tellus impune tapete.

Mille adſunt hilares cultu, formaq; miniſtri,
Et famulæ totidem: quæ nymphis pocula miſcent.
Vaſorũ genera. Diſcurrunt patinæ, capides, chryſendeta paſſim,
Argento inſignes, ephyreoq; ære lagenæ,
Nec non municipes Baſcaudæ principis ampli.
Heliadum cruſtæ, chryſtallina, myrrhina, crater
Plurimus argenti uaſto celatus, & auri
Pondere Lyſippi decus, aut Myos, aut Polycleti,
Mentoreæue manus, aut docti palma Myronis.
Hic ſcyphus artificum præſigne toreuma bonorum
Plurimus, & phialæ, & cyathi, & carcheſia fulgent,
Ornati gemmis calices radiantibus illic,
Grandiaq;, & raris ſpirantia pocula ſignis:
Quorum materiem ſuperet labor arduus ipſam.
Siue caper Baccho infenſus ſtet uictima ad aras:
Pentheæa ſiue parens laceret furialis Agaue:
Seu ſe deformem proles Mineia temptis
Menadibus uolucrem miretur, & abdita quærat
Noctis amans odio lucis, loca: ſeu petat undas
Aequoris, ut delphin, tyrrhenus nauta profundi:
In ſua ſeu falcem diſtringat membra Lycurgus
Ignigenæ excidens frutices: & dona lyæi.
Aula miniſterio feruet repleta frequenti
Pontificis ſummi iuuenum: pars fercula menſis
Digerit: apponunt pars mitis munera Bacchi.
Grandia pars cererem large panaria geſtans.
Hi uolucres magno partas, longeq; petitas
Argiuas, aut panonicas, aut Colchidos oræ:
Illi apros, ceruos, dammas, capreasq; recidunt,

Getulos'q; orygas uersi in contraria uilli,
Syluarum'q; decus lepores, ponunt'q; refectos.
Pars maris important prædas scaron, ostrea, mulos,
Touro minitano murenas gurgite captas,
Rhumborum'q; orbes spatiosos ordine certo.
Ast aliis, passum, ac mulsum, & sunt grandia curæ
Tubera, boleti, asparagi, quæ'q; educat arbos
Siue peregrino sub sydere, siue latino.
Multiplici strepit obsequio domus ampla Britani
Præsidis, atq; huius non aspernantibus ipsis
Patribus officium, studiis urbs tota laborat.
Nec minus interea cantu tota atria feruent
Dulciſono hinc fidibus gratæ testudinis inter
Lætitiam Bomii hymnicines, uates'q; britanæ
Virginis, atq; illinc regis schola docta Britani.
Non tamẽ indecores cantus, phrygium, Aeoliũ'ue, aut Moles cantus.
Locria cum tragicis, aut comica personat ullus.
Lydia nemo agitat: sed nec pœana sonoris
Aptauit fidibus quisquam, aut epilenia cantor:
Et procul hinc resonant Boeotia carmina, Iulus,
Cyclia, Castorius, Cordax, atq; Orthius absunt.
Scurarum illuuies nulla est admissa procacum.
Non parasitorum delumbia cantica quisquam,
Nota'ue Bassaridum thyasis, elegidia nemo
Mollia, non Ledam, aut Danaen, uel Agenore natam,
Antiopen'ue canit, flammis'ue Asopida fictis
Deceptam, aut ueris semelen feruoribus ustam,
Colchida, Tyndariden, Canacen, Bryseida, Sappho,
Phyllida, Phœnissam, Hipsipylen, Cressas'q; sorores

Nemo ſonat, uel Seſtiados plorabile fatum.
Latmius Endymion, iuuenis Berecynthius ore
Purpureo gratus Cybele, dilectus Adonis
Formoſæ Veneri: quo coniuge Procris adempta eſt,
Deq; nouercali nimium uexatus amore
Virbius haud ulli mouerunt plectra lyriſtæ.
Nullus odontiſmum memorat tua pythica phœbe
Carmina, ſunt threnos tantum qui & dorica canent:
Sanctaq; uirgineas demulcet nænia mentes.
Nanq; Eumolpus agit plectro, quæ dentibus ore
Excuſſis teſtata dei pia dogmata fertur.
Hedimeles Agathen excęto pectore. Arion
Iuſtinam gladio transfixam Anthenoris urbe.
Lucia Terpander cantus tibi, Lucia certum
Virginibus lumen, ſpes, & theſaurus egentum,
Taurominitanæ telluris gloria, diri
Paſchaſii ſcelus: haud taceant quod ſæcula mille.
Demodochus Teclam cantauit. Thaida Chiron
Thaida perniciem quondam iuuenilibus annis
Corpore uulgato, & præſigni munere formæ
Luſtratam ſancto monitu, caſtiq; ſuſurris
Paphnutii. Satyrus te Barbara paſſa parentis
Indicio, ac dextra rigidi crudelia fata.
Lesbius Eugeniam Crexus. te Lydus Iopas
Dorothea. Euphroſynam celebrauit Marſya fortem.
Coſtida deuicto grandi certamine Claram,
Admotamq; rotæ intrepidam, Chriſtiq; tuentem
Dogmata, ius, leges conſtanti pectore coram
Te duce Maxenti cecinit fide Cyprius Anthes.

Diuarii quarundam laudes cantatę.

Bleſillam, & Paulæ Euſtochium laudauit Olympus
Natales raris ſuperantes moribus amplos.
Cæciliam, ac comites Arcas Linus. in'q; uirili
Veſte, loco'q; diu latitantem ſponte Marinam
Atq; infamatam ueneris de crimine, tanquam
Vir foret, Euphemus plectro haud mandauit inerti.
Pectine non humili percurris Baſſe Columbam
Angue pudicitiam ualido cuſtode tuentem.
Te phrygius Domitilla Crates. te hiſpana Chorebus
Leucadia. Architas Gallam, Fauſtam'q; Lycaon.
Aphram Mercurius. Theodoram dixit Apollo.
Pan Helenam auguſtam, crucis & uexilla tenentem
Fortia. tu Martham, ac Mariam Philolae ſorores
Hoſpitio illuſtres rerum domini'q;, dei'q;:
Et duplici uitam duplicem uirtute notantes.
Chriſtinam Eſtiochus non uno iudice læſam
Inſignem duplici diademate, pectore fortem:
Ignibus infandis quam nec uulcania fornax
Collabefactauit: ſpumantis nec maris æſtus,
Nec geminus ſerpens, nec uipera, nec grauis aſpis,
Aſpidibus'ue pater grauior: nec ferrea ſæui
Vngula carnificis tractu bacchata frequenti.
Eulaliam emeritæ decus, ac iubar: ora Columbam
Ignibus in mediis animam teſtata uolucrem,
Cuius agunt faſſam domini pia iura ſuperbo
Maximiane tuo iuſſu prohibente, latinis
Pythagoras numeris trans ſydera ſuſtulit Vmber:
Marcellam Eubolides numero præſtante. ſeueri
Principis arbitrio cæſam mucrone Leonis

Rictibus incaſſum obiectam, tonitrus'q; cientem
Martinam arguto Prophraſtus carmine luſit.
Herodis genus eximium Ptolemæe ſabinam.
Petronilla fides Glauci mouiſſe ſonoras,
Pierium'q; exciſſe melos gauiſa Britani.
Te'q; tuos'q; modos Phemi Lucina probauit
Innocuo ius legitimum tutata cruore.
Rufinam, & comitem ſonuit Cyllenius Ion.
Mellitis citharæ neruis, & uerſibus Alcman
Edidit illuſtrem gemino diademate Macram.
Eſt mytilenei Muſurgi Euphemia plectro
Dicta graui mentis neruos ſortita uiriles,
Ingentes'q; animos Chriſti pro dogmate ſummo:
Quæ pietate nitens priſci ſub iudicis ira
Non alapa urenti, rabie non uicta ferarum,
Non uolucri confuſa rota, non ignibus ullis
Ad ſuperos inſons gladio transfixa refugit:
Et dominum confeſſa poli, conſperſa cruore
Stelligeras celſi ſedes penetrauit olympi.
Laudibus eximiis Priſcam ter conſule dixit
Nicomachus genitore ſatam: cui fata ſecundus
Intulit horrendo cruciatu Claudius aſper.
Cum Maura nutrice, Syri bona filia uirgo
Materies cantus tibi lecta Philoxene mira eſt.
Argumenta tuis fidibus, uoci'q; canoræ
Amphion Thuſcana dedit, tibi maximus Orpheus
Monicha non humili præſignis mater alumno
Vates plectra mouet docto ſurgentia cantu.
At te Dircæus conſtanti mente Beatrix

Secũda & Rufina ſoores filiæ Aureliç.

Priſcus uiri proprium.

Faſſam

Fassam morte, dei leges Ismenia dixit.
Complures q̃ alias alii: quos docta sub antris
Melpomene, aut Terpsichore dedit edere carmen
Aoniis, mentes q̃ hominum posse arte morari.
Versibus his animus peregrinæ uirginis, & mens,
Facundo' q̃ ducis monitu, ac sermone frequenti
Velle pati, ac posse edidicit pro lege, fide' q̃
Terrarum domini, ac diuum' q̃ hominum' q̃ patentis.
Cur mater sit prætetita omnipotentis alumni
Inter tot cantus diuarum maxima, quærit
Dareas: primos meruit quæ hausisse labores:
Et primas mouisse fides: mandat' q̃ Thaletæ
Parthenio canat hanc: illi & cratere propinat.
Quem postquam gemmis radiantem excepit, & auro
Non prius exhausit q̃ uerba precantia fatus.
Excelsi regina poli, summi' q̃ tonantis
Intemerata parens: cuius sub iure triumphant
Cœlestum sedes, hominum genus alta meretur
Sydera: dux herebi infelix, manes' q̃ tremiscunt,
Incolumem hunc serues cœtum, cœtus' q̃ parentem
Maurida: nos' q̃ tibi meritas da dicere laudes:
Quis tantum celebres inter numeremur Aoedos:
Hausit ab iis plenum ueteri cratera falerno:
Dein posuit: lætus' q̃ capit plectrum' q̃, lyram' q̃:
Cuius ebur, furuam' q̃ hebenum distinxerat auri,
Argenti' q̃ labor, uariæ' q̃ ex ordine gemmæ
Chrysolithi' q̃, & sardonyces, speciosa' q̃ Iaspis,
Oebalii' q̃ tenens præclarum nomen ephebi,
Et scalpi uetitus uiror, & sicanus achates:

Thaletę oratio.

Cui'q; dedit fulmen, cui'q; ignis uoce pelasga
Nomen, & haud metuens noctem carbunculus atrã:
Quas grauis, atq; orbis rari facit esse decentes
Vnio candenti, & nitido leuore notandus.
Hanc ubi tentatis & plectro, & pollice chordis
Increpuit: quid enim fidibus committere nostris
Optem inquit melius, qua'm quod cantare iubemur?
Astronomica q̃dam. An magis oblectet, solis dixisse meatus
Per duodena rato properantis signa labore?
Vnde horror, calor, autumnus, uer, nox'q; dies'q;
Longior, aut breuior, uel par, Hecates'q; regentis
Aequoreos tractus, terram'q;, aut semine plenam
Te Paphie? blandum'ue Iouem, uel fulmina Martis
Ventosi, aut rigidum Saturni frigore sydus,
Aut te Amphitrites regem Caducifer amplæ?
Septem orbis miracula. Non potius chordis aptare sonantibus ausim
Quæ latas implent orbis miracula metas,
Mausoli tumulum, dextris e' cornibus aram,
Clara Semyramiæ Babylonis mœnia, Thebes
Centenas phariæ portas, Titanidos ædem,
Aethræo simulacra solo radiantia: nec non
Regũ opus extructos manibus super æthera montes,
Quam domini rerum matrem, sponsam'q; Tonãtis?
Laudarint alii lucos, montes'q; lacus'q;,
Aut cum fluminibus fontes, inculta'q; rupis
Numina, Syluanos, Satyros, Faunos'q; bicornes,
Pana'q; monticolam, nec non heroas, & omne
Nympharum genus, aut fontis, nemoris'ue, maris'ue,
Aut florum, aut celsi residens in culmine montis.

Herbarum'q; alii uires, ac nomina cantent:
Quæ uel pontosis gratæ nascuntur in hortis:
Vel perferre negant innatæ montibus umbras
Apricis, uel quas dat terra patentibus aruis
Intyba, dorcadium, nepethas, athamantica, rutam,
Omnia uiroso superantem gramina succo.
Mentã, apiũ, thymbram, uerbenas, ocyma, anethum
Chærepolum, crithmon, cinarã, colocassia, cestrum,
Moly, Inulã, abrotonum, helleboꝝ, serpilla, nepẽthes
Smyrnion, hyssopum, cramben, absinthia, nardũ,
Corrudam, coston, panacen, sampsucha, ciosmin,
Quas'q; Macer docto complexus carmine, quas'q;
Damnæi soboles cecinit tibi Phœbe sacerdos:
Tempora cui uittis radiant bis cincta duabus:
Egregium'q; caput duplici redimitur honore.
Collaudent alii plectro modulante uolucres
Psittacum, & Aeolida Alcyonem, Veneris'q; colũbas,
Et Iouis armigeros, aquilas, Phœbo'q; dicatum
Phœnica, & Iunonis auem gemmantibus alis:
Quæ'q; aures cantu oblectant, mulcent'ue palatum,
Auguriis'ue iuuant, aut lædunt: quas'q; seleuci, &
Naupliadæ, Aetholi'q; ducis de nomine dicunt,
Vel flaui Oenidæ, uel Memnonis atq; ferarum
Nomina decantent alii, sphynga, atq; camelum,
Vulpem, uros, martes, lepores, ichneumonas, alcen,
Infestos'q; lupos gregibus, capreas'q; onagros'q;,
Atq; origen, ac dãmam, atq; ursos, ceruos'q; fugaces,
Dorcada'q;, Histricem'q;, & equos in prælia forti,
Nec magis iis segnem barrhum, & quis nomine graio

Herbarũ quarundam nomina

Nicander.

Volucrũ quarundam mẽtio.

Ferarũ quarundã mentio.

Nomen de cornu impoſitum non ſimplice fluxit,
Quas'q; Euan, phrygiæ'q; parens telluris amauit
Mars'q; ferus, claros'q; iuba ſurgente Biſontes.

Piſcium quarundã mentio.

Squammigeras alii gentes amnis'ue, lacus'ue
Cingentis'q; ſali terras modulamine ludant,
Delphinas celeres hominum, citharæ'q; ſonoræ
Cantibus adſuetos mulceri abſq; auribus ullis,
Dextra acie thynnos meliores, æquore phocas
Littoris antra caui ſolitas luſtrare relicto,
Auratas, congros, ſalpas, echeneida puppes
Veliferas curſu in medio retinere paratam.
Cyprinon, percas, orphos, æſtate nigrantes,
Candentes'q; hyemis rurſus per tempora menas,
Luxuriæ conchas duplicis, Crocodilon habentem
Aras, templa, focos, atq; ora expertia linguæ,
Grunitu Chromin, atq; Lyram geſtire ſuillo
Adſolitos, ſtellas urentes æquore in ipſo
Omnia contactu, parientes tempore in omni
Murenas, auri Chryſon fulgore micantem,
Atq; æſtu ignotum glaucon, nimio'q; calori,
Et polypon ſuetum mentiri ſaxa colore
Proxima, quæ'q; parit proiecta ſemper in alga,
Quos'q; tibi audaci gaudet ſcripſiſſe camœna
Graiugenum uatum non ultimus Antonine.

Florum quorundã enumeratio

Telluris ſtellas alius: quum purpurat almum
Ver, canat, egregium niueo candore liguſtrum,
Sollicitæ & Veneris pueri de cæde cruorem,
Et crocon, & lotos, hilarem'q; holochryſon, & albam
Parthenicen, calthamq; humilẽ, ac meliloton, & olim

Præſtantes forma pueros, Cereris'q; papauer
Somniferum, & quondam regi decuſſa ſuperbo
Lilia, chryſocomen'q; uagam, uiolas'q; nitenteis,
Irrigui'q; ſoli decus, aç iam mille colorum
Lumina: quos Hyble profert: quos nutrit Hymetus.
Et uirides pariter ſaltus, examina'q; ipſa
Florilegarum apium, atq; alius cantauerit Orci
Supplicia, aut Titii uolucrem, aut Ixionis orbes,
Arboris aut refugæ fœtus, aut Belidas urnis
Laſatas, fractum'ue magis de pondere ſaxi
Syſiphon, aut triplici latrantem Cerberon ore:
Virgineas alius uolucres modulamine cantet,
Saxificæ uultus Phorcinidos, igne Chimæram
Terribilem, canibus Scyllam, ceruice trifauci
Geryonem, Cyclopas, Nubigenas'q; bimembres,
In'q; polum, & ſuperos tentantes bella gigantas,
Nec non herculeis animalia uicta lacertis,
Parthenope'q; tuas referat male blanda ſorores,
Vltrices'q; deas, atq; ærea tecta, colos'q;
Staminis inuicti, cœnoſa'q; flumina ditis
Cocyton, lethen, rapidum phlegethonta, ſtygem'q;
Atq; Acheronta uadis manes terrentibus imos,
Vectorem & miſere addictum liuentibus undis,
Tartareos'q; duces animarum iura tenenteis,
Triſte'q; iudicii fulmen proferre coactos
Cum Minoe graui Rhadamãton, & Aeacon umbris,
Atq; infelices turbas damnare ſilentum.
Nulla mihi fuerint Titanum nomina curæ.
Ilithyà etiam, ac Nemeſis fera pectora frenans,

Atq; operum Momus contemptor iniquus, & audax
Aulædos quærant alios, alios'q; lyriſtas.
Sed nec ſacra quidem moueant me iis reddita diuis.

Beatiſſ. dei genitrias encomion.

Vna meos cantus, & carmina ſuſcitet, una
Gittæis præſtans nuribus pietatis honore
Intemerata dei genitrix mihi dictet & una,
Sat'q; ſuper'q; mihi fuerit, te credimus amplis
Viribus alma parens ueterum ſuperare dearum
Numina, gentiles'q; deos. tibi terra, fretum'q;
Et lati conuexa poli iam regia ſeruit:
Te'q; timent mortis dominus, manes'q; profundi.
Nil ſine te mortale poteſt genus ardua tu das
Aſtra piis, precibus'q; moues, flectis'q; Tonantem.
Cuncta & enim laudum tantarum dote mereris:
Ex quo animi intrepidam uires fecere, carentem
Culpa iuſtitiæ grauitas, prudentia cautam,
Q uæ'q; hominũ ſemper uarios bene temperat actus
Conſpicuam uirtus, atq; omni ex parte micantem.
Nec quicquam eſt, quid iure queat tibi uirgo negari
A'cœli, terræ'q; deo, modo poſcere cures:
Dum te ſumma fides decorat, ſpes optima tollit:
Infert ſyderibus celſis uis tertia: cœli

Charitas.

Q ua ſcandit mortale genus poſt fata curules,
Cœlitibus gratam pietas ſuper omnia reddit:
Addita'q; iis te concilians bona forma Tonanti.
Sed tamen unde tuas primum mitiſſima laudes
Aggrediar? referam'ne ſacros mea carmina ad ortus?
R egia commemorem tibi quod ſint ſtemmata: diues
Et proauis claris ſeries, & celſa propago?

An mores laudabo pios, uitæ q̃ tenorem
Perpetuum? plena uix dum ut trieteride templo
Dedita sis? te q̃ obtulerit generosa ministram
Læ tus uterq̃ parens castis Ioachinus, & Anna
Coniugii facibus decus immortale merentes,
Virtute eximiam domino bipatentis olympi?
Vt q̃ breui patrios ritus perceperis omnes
Iudaicas Mosis leges, ius, dogma sacrum q̃;
Vt q̃ prophetarum ueterum haud incallida noris
Fata, potens sancti iuris dissoluere nodos,
Et diuinarum callere ænigmata legum?
Ancipitem trahit huc illuc sententia mentem:
Florentis ne canam potius miracula uirgæ:
Q ua tibi uir lectus regali stirpe daretur
Nomine Iosephus, morum indelebile cunctis
Exemplar, gratus q̃ deo plus omnibus unus:
Cuius erat sedes uirtutum pectus honesta,
Et sophiæ penetrale caput: qui uincere posset
Pittacon, Euagoræ natum, Chilona, Solonem,
Speusippum, & te magne senex sublate cicuta.
An memorem potius, uatum ut cantata piorum
Carmine fatidico, Mosis modo nomina uirgæ
Pertuleris, modo dicta rubus: quem flamma pererrãs
Absumpsisse nequit, sed nec læsisse notatur.
Magna quidem, sed uera tamen, monstrata q̃ uati
Cornigero rubus hic miracula protulit olim
Sic mandante deo: ne non & posse negaret
Id fieri mortale genus uoluentibus annis:
In te magna dei genitrix: quod spiritus ipse

Efficit æternus uel concipiente ſine ullo
Semine, & abſq; uiro mundi pariente ſalutem
Illæſis uteri clauſtris, ſaluo'q; pudore:
Quæ quanquam rerum ſtupeat natura, quid, oro,
Quid mirum tamen hoc (liceat mihi uera fateri)
Si tantis dotata bonis, hac prædita mente
Es dominum complexa poli cœleſtibus uſa
Diuorum alloquiis, & te dignata ſuorum
Aula miniſterio aligerum ſtellata frequenter?
An'ne magis referam mortalibus edita ſigna
Multiplici uirtute: graues ut pellere morbos
Humanis de corporibus conſueris: & urna,
Ac tumulis quondam cineres animare ſepultos:
Et curare malo uexatos dæmone turbas:
Maiore hæc ſed digna cheli: nanq; affore tempus
Autumo: quo tua geſta canant: referant'q; ſub auras
Mille pii uates numeris præluſtria nati
Signa tui, uitam'q; grauem, duroſ'q; labores,
Et genus infandum lethi, dicam'ne uetuſtæ
Vt puppi collata: Noes quam ſtruxit olympi,
Cœleſtum'q; dei monitu faber optimus unam
Seruaturam in aquis uaſtis genus omne animantum
Diluuio late campos, montes'q; tenente:
Vt libani cedris ſublimibus, & cypariſſis,
Vt palmæ, glaucæ'q; oleæ, platano'q; uirenti,
Atq; roſis primum ſurgentibus, & benolenti
Germinis hebræi ſucco, ac par credita myrrhæ?
An potius cantem: quoties pia ſacra quotannis
Igne'q; thuricremo, uoto'q; operata fidelis

Chriſtigenum

Christigenum tibi turba paret? quas'q; instruat aras
Messis hyems, uer, autumnus tibi honore frequenti?
Vt modo conceptam brumali temporis hora
Te cœtus hominum celebrent, utero'q; parentis
Inclusam sacro pauidi per uota precentur
Exortem ueteris diuino munere culpæ:
Et modo nascentem septembri mense frequentent,
Natales'q; tuos decorent pietate secunda.
Nunc præcursoris genitricem imuisere magni,
Intulit incestus solymis cui tristia fata
Rex, festinantem uenerentur messe sabæa.
Et tibi quintilem sacrarit turba piorum:
Mox & sextiles referant solennia nouæ,
Sextiles'q; sequens idus lux altera sacris
Digna focis Arabum totas consumere messes,
Atq; superbifico ritus splendere paratu:
Quod tibi sydereas meruit dare prima curules?
Vtq; tuis remeans det puluinaribus ignes
Eoos, festas'q; faces uigilantibus aris
Martius, hoc'q; prior mensis te frondibus ornet?
An data præstiterit, memorem tibi gaudia Virgo
Per septem uersata uices? iuuat ista referre
Iam nimis: & dudum hos cantus conuiuia poscunt:
Lætitia'q; dies non inficiandus amica.
Ergo Mnemosynes insignia pignora mecum
Dicite, Io pæan, hilares dum Virginis horas
Virginis, & matris, septena'q; gaudia canto.
Dicat Io pæan Venus, & Charis e' tribus una
Euphrosyne, ter clamet Io deus ipse lycei.

Conceptio beatę uirginis.

Aequore Io pæan, & Io ſonet æthere pæan:
Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers.

Gaudia vii. beatiſſ. uirginis.

Nemo ſatis primum ſtupeat: quum te axe ſalutans
Lapſus ab aſtrigero ſponſam, nuptam'q; Tonantis
Nuncius aſſeruit: dein uirginitate manenti
Eſſe parituram mira ui flaminis almi
Rectorem cœli Chriſtum, mundi'q; ſalutem.
Aequore Io pæan, & Io ſonet æthere pæan:
Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers.
uod ſequitur maius dubitet quis dicere? alumnum
Quum patris æterni modica ad præſepia natum
Aſpexti innumero teſtante id numine lætis
Vocibus, & noctis tenebras, atq; aſtra fugante
Lumine conſpicuo: & natum quum mater adoras.
Aequore Io pæan, & Io ſonet æthere pæan:
Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers.
Quum uero myrrhæ, thuris, fului'q; metalli
Pondus adorantes tulerunt pia munera reges:
Immenſum de ſede magi, & regione remota
His ſtella monſtrante uiam noctes'q; dies'q;
Tertia teſtamur tibi gaudia magna fuiſſe.
Aequore Io pæan, & Io ſonet æthere pæan:
Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers.
Nec leue iam quartum eſt: Solymis quod paruus aberrás
A' grege cognato ſcribis, legum'q; peritis
Templa referta ſubit: quæſitum'q; accipis inter
Primores populi quærentem, & multa docentem
Iure ſuper Moſis barbati more magiſtri.
Aequore Io pæan, & Io ſonet æthere pæan:

FRANCISCI ROSETI VERONENSIS MAVRIDOS LIBER TERTIVS ET VLTIMVS.

POstquam Virgo epulis, atq; omnis turba refecta eſt,
Egregias urbis partes, opoſa'q; tecta
Aeneadũ: pr̃ignipotẽs q̃ ſtruxerat oĩ
Clara miniſterio cyclopum, educta ſub auras,
Poſtulat, atq; altæ luſtrare palatia Romæ.
Exurgit'q; thoro, comites'q;, patres'q; ſequuntur:
Nec quicquam prius inuiſit: qua'm ſiqua fuerunt
Adſeruata pio cultu ſtudioſa requirat
Corpora cœlicolum: & donis ueneretur opimis:
Ac loca percurrat diuorum inſignia palmis:
Quis caſtas comitum mentes, & pectora firmet.
Tum mediam cœtu graditur comitata per urbem — Egregia urbis opera.
Delecto. hic magni ſuſpectans templa Tonantis,
Et capitolinas ſedes mirata parumper
Subſtitit: ac ueteres animo meditata triumphos,
Innumeras lachrymis cædes defleuit obortis:
Norat enim Mauris leges, ac iura triumphi
Impia, nec modico perfuſas ſanguine poſſe,

Præcipuas olim duci ad capitolia pompas.
Digreditur linquens tarpeii culmina montis
Inuidiosa Iouis templi fastigia, & arces:
In'q; triumphales arcus suspensa resedit:
Et tristes iterat gemitus. processerat ultra:
Q ua Phœbi radios imitantia marmora surgunt:
Laudat opus: paulum graditur: spectat'q; colossum
Aere pendentem summo, cœlo'q; minantem:
Artificis probat ingenium: damnat'q; Neronis
Sæuitiam thermas post miratura nitentes,
Monstrosæ'q; domus spatium: quæ obsederit urbem.
Visa theramnæi mox proxima Castoris ædes,
Romulidum'q; patris gradiui, atq; Herculis, inde
Bifrontis Iani, ac pacis, quæ'q; omnia uersat
Imperiosa nimis uario fortuna rotatu
Conspicitur nitidi crustis ornata metalli.
Nec procul ægisonæ uisa est Tritonidis ædes:
Vestali'q; foco qua troicus arserat ignis:
Q ua'q; deum gallis toties idæa ministris
Est Cybele uenerata parens: qua'q; Inagis orbe
Niliaco, & furua Mareotide numen adepta
Ritibus est placata suis: peluſia quanquam
Arua procul: tellus'q; procul Memphitis abesset.
Templorum specie capitur: sed numina ridet
Aeternis damnata focis, terræ'q; barathro,
Martius aspicitur campus: quo' turba Q uirini
Inclyta se ancipitem traduxerat ordine miro:
Vnde etiam emersis tot bellatoribus olim
Occiduæ gentes, & sub iuga uenerat indus:

Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers,
Lætitiæ numerum quintæ dat morte triumphans
Alma tibi natus domita: quum ſurgit ab imis
Sedibus umbrarum ſpoliis Acheruntis honuſtus:
Te'q; patrum generoſa cohors, ueteres'q; maritæ:
Et pia te ſæcli uenaratur turba prioris.
Aequore Io pæan: & Io ſonet æthere pæan:
Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers.
Ignea uis cœli quum ſe demiſit ab auris
Linguarum in ſpeciem flammis lambentibus ædes:
Inſedit'q; tuo, & multorum uertice munus
Promiſſum a' domino quondam tunc tale manentum,
Lætitiæ tibi materies fuit inclyta ſextæ.
Aequore Io pæan, & Io ſonet æthere pæan:
Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers.
Septima te a' terris ſublatam uexit in auras,
Sydereas'q; domos late radiantis olympi,
Poſt longas æui metas, finem'q; ſenectæ
Virgo pium: nam plena tibi regina peracta eſt
Tertia delabens, & ſexageſima meſſis.
Aequore Io pæan, & Io ſonet æthere pæan:
Nec ſit lætitiæ tellus ſeptemplicis expers.
Et quoniam es diuum menſis nunc addita numen
Præcipuum: & ceſſere poli regione potentum
Millia cœlicolum tibi iam meliore: ſuper'q;
Tyndaridas geminos fulges bona ſigna Laconum:
Atq; uagos ſeptem curſus, & ſydera calcas
Ignea: mortales foueas pietate rogamus:
Et cœtum hunc, cœtus'q; ducem per ſæcula ſerues.

Hæc cecinit docta cunctis laudanda Thaletas
Arte, puerperio cœlesti dicere iussus
Reginam illustrem Mariam: plectro'q; lyra' q;
Depositis, primos capit insignitus honores,
Laurea serta comis inter tot nomina claro
Mauridos e' cœtu, & drachmarum præmia mille,
Inuidiosa lyræ, & præsignis munera cantus.
Hymnicinum'q; aliis sestertia bina fuere,
Ampla lyristarum merces tum credita multis.
Nunc tibicinibus (proh tempora) tota dabuntur
Prædia, cornicini, hydraulæ, molli'q; choraulæ:
Q ui'q; tuba, aut blandis fidibus placuisse feratur,
Haud priuo sciet ære frui, modico'ue paratu:
Et tumidus buccis Ascaules grandia poscet:
Nec poterit paruo citharœdus uiuere sumptu.

Ad Neruæ uenit inde forum progreſſa columnæ
Aeris opus ſurgunt, titulis ſtant ſigna notatis
Induperatorum. ſtupet hic delecta iuuentus
Effigiem auguſtam, & ſurgentes ære columnas.
Amphitheatralis moles dein celſa puellis
Viſitur, & latis ſubſultans pontibus amnis
Martius: hinc omnis ſpectata eſt porticus illis,
Præluſtris tum ſiqua fuit. nam plurima fertur
Virgineos pauiſſe oculos ſpectabilis umbra,
Liuia, naualis, uipſana, corinthia, nomen
De Conſtantino præſigne indepta fideli:
Quam celebrem reddit Pompeius: nauita ſignat
Argous: quæ & eſt nomen ſortita Philippi
Amphitrioniaden referens. luſtrata ſuburra eſt:
Nec ſtudio quæſita leui celebrata tribunis
Roſtra: palatino fuerant quæ proxima colli.
Vltima pars lucis reſtabat Apolline phœbo
In tarteſſiacos æſtus urgente iugales.
Hanc placet abſumi in ueterum ſimulacra deorum
Aurea, ſiue eboris conſtantia pondere magno.
Nam quæ ex argento, aut electro, aut ære fuerunt,
Poſtera lux oculis ſubdit ſpectanda, ſequens & q
Pene omnis: quartam diuorum conterit ædes.
Plurima: uirginibus nec ſegnis quinta recedit:
Nam placet in uicos, in thermas, balnea, & hortos
Hanc terere, & gratus populo celſa horrea moles,
Lympharum & uagos ſpatioſa in mœnia ductus
Molibus immenſis, & aquas impune fluentes.
Appia ſpectata eſt, Aurelia, Martia, Virgo,

Portic⁹ quędā celebres

Aquarū ductus.

Halsia, cœrulea, authorem sortita seuerum,
Claudia, Alexandri de nomine dicta, & Iulii:
Complures'q; aliæ: quibus urbs Aeneia gaudet.
Dum'q; hortos Luculle tuos modo lustrat: & ultra
Ad Mecœnatis properat modo, uel Sallustii:
Aut Largii, aut Plautii, sensim se clausit olympus.
Regreditur ueneranda cohors, & nota reposcit
Atria: iam'q; cauo se cœlo præcipitat nox,
Nox ægris requies mortalibus unica, somni
Excipiunt hilares omnis uno ordine nymphas.
At uigilat Mauris comitum fidissima custos:
Sola'q; torpenti prohibet sua lumina somno
Cedere. tum reputans uenturam pectore cedem,
Et socias clades: discrimina proxima uersat,
Auxilium'q; sibi poscit cœleste, suis'q;
Virginibus pariter: pulsa ut formidine mortem
Non exhorrescant quondam, casus'q; futuros:
Neu dubitent pro lege pia, pro nomine Christi
Vulnificos ruere in gladios: & corpora sæuo
Tradere carnifici diuum accessura curules.
Pectore uix casto hæc, & sancta uoce rogarat
Anxia pro'q; sua pariter comitum'q; salute
Nixa genu, inuitæ tenuis quum lumina claudit
Victa sopor: lassos'q; irrepens occupat artus.
Hæc, & multa sequens nox est concessa quieti
Nobilium iuuenum: nec non lux plurima: donec
Annua bis sese uertissent tempora circum:
Et bis flauentes triuisset messis aristas
Ora cleonæi referens feruentia monstri,

Bis'q;

Bis'q; reuertisset terræ sparsura gelatas
Tristis hyems algore niues, ac tybridis alti
Compressura grauem sæuis aquilonibus undam.
Maximus interea Antistes: cui nomine graio
De domini nomen surgebat rite, silenti
Nocte dei monitu delectis esse iubetur
Virginibus comes, & cædem tolerare cruentam.
Huic & enim in somnis uerba exaudita feruntur:
Quæ nitidus de sede poli tulit ore minister.
Ne trepida sancti cœtus fidissime custos
Cyriace: excelsis uenio tibi missus ab astris
Aliger e' centum selectus millibus unus
Mortis certa ferens, mandata'q; certa salutis.
Vrbe recessuram præstantem Maurida, & ipsos
Vsq; ad Agrippinæ comitator mœnia cœtus
Virgineos. illic fies Iouis hostia magni:
Cum'q; coronatis tot millibus astra subibis.
Territus exurgit uocis nouitate sacerdos
Maximus: & regem supplex affatur olympi.
Magne parens rerum: cuius custodia nutu
Indigno mandata mihi est gregis inclyta sacri,
Indignus grates dignas qua uoce minister,
Quo'ue ore, aut lingua, uel quo tibi pectoris haustu
Egero: muneribus cumules quod munera largis?
An' ne parum, triplici me insigniuisse corona
Immeritum: nisi quarto etiam mox stemmate grandi
Condecores: iubeas'q; pati per uulnera mortem:
Et palmam illustrem hanc clara inter nomina ferre?
Non merui hæc fateor, diademata conditor aethræ:

Cyriacꝰ Pontifex a deo iubetur urbẽ deserere

Pontificis oſo.

Nec mihi iam tantis uideor par esse tropheis.
Quo'd: si uirginibus comitem uis esse beatis:
Et sedet hoc animo: quantum possim' q̄, uelim' q̄,
Ipse satis nosti. pro te nil ferre recuso:
Omnia qui pro me gratis indigna tulisti.
Tu modo da: ut perferre queam quæcunq̄ pararis:
Nec me pastorem superet Virguncula primum,
Debilis & sexus dux hæc muliercula damnet:
Custodem' q̄ alium deserto præfice ouili:
Quo tutæ seruentur oues: nec gramina desint:
Surgit ab iis animo intrepidus, magni' q̄ tonantis
Promptus iussa subit, morti' q̄ accingitur atræ
Victima magna dei, & memorabilis hostia tantas,
Ac tam florentes comitari dux hecatombas
Haud dubitans sceptri oblitus, primæ' q̄ curulis.
Sed uulgata, nimis res est excepta siniſtre,
Tam cæcæ mentes, tanta est uecordia uulgi.
Et iam mane nouum terris caligine pulsa
Astra fugans aurora polo, lucem' q̄ ferebat:
Qua cædi deuota cohors migraret iniquæ,
Romuleum' q̄ larem, septem' q̄ ex ordine colles
Desereret: quibus usa foret iam uere secundo,
Autumno' q̄ pari: clara' q̄ excederet urbe.
Quum subito in somnis quæ uiderat ordine pandit
Ciuibus antistes, solium' q̄ illustre relinquit:
Deuoto' q̄ gregi sese applicat inde quirites
Præsidis egregium facinus, nomen' q̄ perosi
Dicere, fœmineis captum migrare catervis,
Mentitum' q̄ dei numen fastigia tanti

Imperii, & triplicis titulum damnaſſe coronæ:
Pontificum hinc properant faſtis expungere nomen:
Ille parum uulgi uoces, & murmura pendens
Mœnia Romulidum turba comitatus inermi
Deſerit: & ſolo Chriſti contentus amore
Cum grege iungit iter caſto: & ſe deuouet iiſdem:
Quis deuota cohors gladiis peregrina, neci'q;.
At quem damnaſtis (proh tempora peſſima) turpes
Cuſtodem Aeneadæ, ac cæci furialibus auſis:
Nempe hominem carum ſuperis, ſuperum'q; parenti,
Conſilio'q; grauem: quo nec ſolertior alter,
Nec melior populum regere, ac frenare potenti
Eloquio, ac monitu cœleſtis ducere uitæ.
Tempore non alio Chriſti grex pabula carpſit
Vberius, gramen'ue magis guſtauit amœnum:
Aut grato potauit aquas de fonte ſalubres,
Perſpicuas'q; magis: nanq; hoc paſtore beatas
Nemo negauit oues domini, fœtum'q; refertas
Omniugo: atq; dei ſegetem ſuccreſcere paſſim.
Nemo Linum, Vrbanum, Antherum, Sotera, Leonē
Aut ueteres alios præferri huic poſſe putauit,
Cyriacus tanta ſurgebat laude britanus.
Nam ſummos inter reditus & paupere menſa,
Et cultus ſumptu modico, tenui'q; paratu
Vixerat ārdenti haud unquam ſpectatus in oſtro,
Nec tumidus longa comitum procedere pompa.
Non tuba, non citharæ huic fuerant, aut tibia cordi,
Cornicinum'ue melos: non alea. nulla ferarum'
Cura animos, uolucrum'ue agitauerat, aut ſalientis

Cyriaci Pontificis encomion.

Fluctibus in mediis turbæ.priuata ſupellex,
Nec cenſoris egens humileis inſtruxerat ædes.
Verum erat eximiæ fidei,morum'q; bonorum
Præcipuum exemplar.uirtutis amator,& hoſtis
Intrepidus ſcelerum,comis,facundus,& ingens
Sanctarum interpres legum,gratus'q; tonanti:
Quod foret obſeruans recti:quod cultor honeſti:
Quod ſimplex,prudens'q; ſimul,uigilans'q;,pius'q;
Luxurie'q; carens,atq; ambitione maligna:
Quo'd contemptor opum:quo'd paupertatis amicus:
Quod'q; pati cupidus pro cœli rege,deo'q;:
Quo'd mitis,quo'd pacis amans:quod'q; oderat omne
Armorum,ac belli ſtudium,non claſſica noſſet,
Non triſtes martis lituos:non horrida ſigna:
Hæc & enim niſi pro fidei tutamine certo,
Seruandi'ue ſacri reditus molimine,ſemper
Contrectare nefas,& ſæua piacula duxit.
Sed quid nunc ueteris damnamus crimina ſæcli?
Quin ceptum ſectamur opus? ſumpti'q; laboris
Aſſequimur potius ſtudioſo carmine metam?
Vix pius æneadum cœtus deceſſerat altis
Mœnibus:& quondam præluſtrem facibus urbem
Liquerat:inſidias quum maximus adſtruit illi:
Nec non indignum cui ceſſerat Africa de ſe
Nomen:Scipiadæ quo ſydera uertice tangunt,
Scipiadæ:tyrios qui compreſſere furores,
Ambo præfecti Romani militis,ambo
Chriſticolum ſacris infenſi legibus hoſtes:
Millia tot'q; parant hominum duo perdere iniquis

Maximus. Africanus. Romanę militię principes.

(O ſcelus infandum) ſæuâ pro cæde tabellis
Virginei cœtus ſcriptis, comitumq; piorum
Induperatori generis ſibi nomine iuncto.
Siue animi id uitium immanis: ſiue ampla rapinæ
Spes magis hortata eſt ſcelus indelebile: ueri
Siue dei in cultus odium. uos pandite uati
Calliope rerum cauſas: nanq; abdita tento.
Quod genus inſontes hominum per uulnera turbas
Strauerit infando graſſatu: & quo duce tellus,
Flumina q; horruerint præ largo ſanguinis hauſtu.
Eſt locus arctois regionibus: arua ubi ſemper
Ninguida ſole carent: raroq; coluntur aratro,
Aut raſtris: ſed ſenta ſitu ſquallentibus horrent
Montibus: & gelidis caneſcunt ſæpe pruinis,
Luſtra feris uix apta ſatis. Beſſosq;, Getasq;
Hic habet, atq; Hunnos, & quos cruor ſplet equinus
Italiæ exitiale genus, notasq; cohortes,
Tempore quo Latium trux Attila perculit omne.
Iulius immitis dux horum aſſueta rapinæ
Agmina ductabat, prædæq;. nec hoſtibus unquam
Is ſocios differre ratus, modo lucra darentur:
Parcere nec diuum templis, adytisue ſolebat.
Infeſtus ueræ fidei cultoribus, audax,
Perfidus, immitis, uiolens, perq; omnia dirus.
Sacra, prophana, deos, homines, arasq; deorum
Contemptu uexare pari truculentus, & exlex.
Qualis in Auſoniis ſæuiſſe eſt creditus agris
Sparthacus, aut Catilina ferox, aut ſæuior illi s
Antiphates: aut quem bobus demiſit abactis

Loci deſcriptio.

Iulii ducis ingenium.

Clauiger auerſis orco Tirynthius olim.
Is ubi fatales percurrit lumine ceras:
Virgineos'q; legit cœtus conſcendere puppes,
Pontificem'q; illis comitem migrare relicto
Sublimi rerum ſolio, triplici'q; corona,
Senſit: & Agrippina petit rate mœnia, factus
Certior eſt: quæ tunc infeſtis cinxerat armis
Impius obſidione premens pietate uigenteis
Inſigni ad ſeſe ſocios uocat ocyus omnes
In ſcelus, atq; nefas non ſegniter ire paratos:
Audacem'q; manum ſic eſt hortatus amico
Prædonum affatu, atq; immanes ſponte cateruas.
Iulii du-cis oſo. Non humilis te præda manet diſcrimine magno
O comitum mihi fida cohors ouium'ue, ſuum'ue,
Cornipedum'ue greges caprarum: aut ſegnia rurſus
Laſſabunt te armenta boum de uallibus acta.
Sed gemmę, atq; ingens argenti pondus, & auri,
Ac ueſtis pretioſa uocat nunc plurima, & axis
Quodcunq; occiduus tenuit modo: nanq; reuertens
Mœnibus Aeneadum nunc Vrſula regia uirgo
Nauigat innumeris (ut par) comitata puellis,
Pontificem'q; uehit ſecum. germanica cerno
Oppida connubiis polluta recentibus harum,
Et ſacris addicta nouis, mox omnia motu
Miſceri haud modico: ritus'q; ſubire nefandos.
Vos ſcelus hoc prohibete, precor. ſint præmia prædæ
Ingentes, raræ, inſolitæ. nil iam datur ultra
Optandum. hæ ſuperant, hæ ſunt quæ maxima uota,
Diuitiæ. labor eſt paucorum, & cura dierum,

Fluminis obseruare uadum: ne nocte silenti
Delapsu tacito in pelagus sese agmina mittant.
Quare agite intenti rhenanæ insistite ripæ:
Vestraq́ non molli uincantur lumina somno:
Ne uos tam grandis fallat custodia census.
Interea (id nanq́ instat) equos conscendite mecum:
Pectoribusq́ animos, atq́ arma capescite dextris
Mœnia in hæc fortes, paulo post pallade læta
Fœmineos cæsura greges, actura puellas
Præsidio septas modico: sed rebus honustas.
Dixit: equumq́ celer celerem conscendit Iulus
Horrisono properans fremitu, uultuq́ minaci
Lustraturus eques quæ mœnia cinxerat armis,
Donec ad intentos uenisset fœmina casses.
Sæuum turba ducem dictis incensa secuta est.
Iamq́ dei iussu puppim conscenderat altam
Eucharius: caraq́ comes soror addita matri
Florentilla suo dignissima nomine, formam
Corporis egregiam mentis uirtutibus augens,
Et frontis clemens tetricæ, & Marcellus, uterq́
Antistes grauis eloquio, & Iustinus, & acer
Ingenio Ambrosius cum Cæsario, Eugenioq́:
Cumq́ iis Eulalia, & Placida, & formosa Celindis
Virgiliæ soror, atq́ comes bene iuncta sorori
Pectoris unanimi uinclo: & Constantia regis
Threicii proles animosi uasta secarant
Aequora: & aduersis rhenus se ostenderat undis.
Hunc subeunt remis taciti: Agrippinaq́ dextro
Flamine subuecti fatalia mœnia linquunt:

Catalogus.

Mox'q; reuerſuri properant ſub noctis opacæ
Luminibus: blanda rhenus ſubſternitur aura:
Nitentis'q; diu iuuat in contraria puppes.
Donec ad exortum Paphies labentibus aſtris
E' cœlo, nox terga dedit: tenebris'q; fugatis
Inuectura diem coniux tithonia mundo
Triſtem, ac luctificum roſeo ſe oſtendit amictu.
Quum'q; abſens Virgo hinc, atq; illinc regius heros
Sollicitis animis agerentur flumine: & alter
Alterius facti memores ſermonibus ipſis
Tempora fallentes tererent ultro'q;, citro'q;
Iactatis: amborum ut erant præſaga futuri
Pectora: & inſtanti pridem coeuntia fato,
Ecce propinquanti fremitus de remige ſurgit:
Scalmorum'q; grauis ſtridor, ſonitus'q; rudentum:
Et ſtrepit aduerſis concuſſus fluctibus amnis:
Tunc feſtinantis læta ad connubia magni
Eucharii, & ſacros complexus uirginis Vrbe
Claſſe reuertentis puppi fuit obuia puppis.
Hinc exaudiri plauſus, clangor'q; tubarum:
Illinc uirgineæ uoces, & carmina dulci
Grata ſono. aduentu lætus ferit æthera clamor
Eucharii: quem ſic excepit regia uirgo:
O mihi care nimis coniux, & cognite tantum
Nomine rex ſolio non inficiande paterno,
Inclyta progenies rerum pulcherrime ſalue.
Amplexu'q; dato: qualem caſtiſſima fratri
Virgo daret, dextra comprehenſum parte locauit:
Virginis hinc Darea parens, Demetria'q; illinc

D. Vrſula ſponſum ſuũ allogt.

Magnanimi

Magnanimi iuuenis medios habuere sedentes.
Tum socerum hæc gemit abreptũ: nec quærere cessat
Multa super caris laribus, regno'q; paterno.
Ille sedens puppi tandem sic fatur ab alta.
Qua'm merito forma cunctis, & mente puellis
Præstans diuino proles dignissima cultu
Es multis prælata mihi, salue optima uirgo:
Quæ fidei mihi causa piæ: quæ pacta salutis
Certa mihi causa es: nec crimine nosceris ullo.
En tibi me palmæ socium deus addit amatæ.
Siqua mihi fortuna dedit prælustria regi,
Et certæ regum soboli Mauri inclyta diuum
Progenies: fateor tibi me debere merenti
Cuncta libens: & enim te propter fulgida pridem
Busterus astra petit: laudatur Moschus: in axes
Aetherios Basterna uolat. sublatus olympi
Per conuexa tumens dudum Bisalta uagatur.
Sed nihil iis opus est. mater comitata sorore
Se tibi dat sociam. tum dextris iungere dextras
Cepere: & longo se protulit ordine nympha.
Ante tamen sanctum prisco de more salutant
Pontificem: atq; ipsum grato sermone morantur.
Iulius interea dum tempora colligit: altas
Haud procul esse rates coniectans agmine septus
Immani, speculam conscenderat: unde uideri
In tua rhene procul despectu flumina posset:
Atq; ubi luminibus perlustrat singula lynceis,
Remigio allabi puppes aspexit inerti.
Id quanquam accurrens non custos fluminis unus

Eucharius spõsam alloquitur.

Nunciat: aſt alios alii ſuper anxia quorum
Pectus cura habuit: quibus & concredita res eſt.
Vtq; erat in cædes auidus, ſitiens'q; cruoris,
Iulii ducis uerba ad milites. Voce alacri, & læto exultans clamore petita
Vota adſunt, inquit ſocii. deſcendite in hoſtem
Præſtantes animis. ſtringantur tela. paratos
Virgo dabit iugulos, nudata'q; pectora ferro.
Dixit. & e' tumulo puppes monſtrauit inermes.
Deſcendit furiata cohors ad flumina præceps.
Ipſe etiam prædas agitans haud ſegnior ullo
Ibat ouans: qualis libyca ad magalia uiſi
Armentis quondam properat leo nocte ſub atra.
Vix ſeſe roſeo coniux tithonia curru
Extulerat: lucis'q; iubar monſtrauerat orbi
Luctificam uectura diem: quæ ſanguine fluctus
Rhene tuos, nec non compleret ſanguine ripas.
Iam' q; aderat curſu claſſis delapſa ſecundo
Virgineos referens haud dextro ſydere cœtus
Arcibus Agrippina tuis Germanica lectos.
Pars & contigerat terras, puppi'q; relicta
Hoſtibus infeſſas greſſu calcabat arenas.
Pars maior necdum medio deſcenderat amne:
Q uæ tamen hoſtili, ac ſubito eſt terrore coacta
Mox ruere: & ſeſe fluuialibus addere ripis:
Cum procul eſt conſpectus eques, lethalia'q; arma.
Tunc exaudiri gemitus, uoces'q; cadentum
Iulii exercitus uirgines inuadit. Detexere dolos, inimica'q; in agmina lapſis
Nulla fugæ ſpes certa fuit, cæduntur ad unum
Deprehenſi inſidiis pauidi, ac iam fata manentes.

Proxima nec quenquam fugiẽtem, aut arma mouẽtẽ
Mœnia uiderunt: nanq; hæc infederat hostis
Enſe minans, refugo'q; arcu, tereti'q; fariſſa
Plurimus: imbelles qui inuaſit ab aggere turmas
Accinctas morti, ac nil contra hoſtile parantes,
Quanquam omnes fati exagitat prænuncius horror.
Mauris enim diuum cœleſti munere linguis
Omnibus apta hominum mulcere, & flectere mentes,
Pectora ſic comitum docto firmauerat ore:
Et dulci ſermone animos complerat: honeſtum
Vt quicquam nil morte magis præſente putarent:
Ac uellent perferre datum, non reddere uulnus.
Vnde ſalus æterna animis mox defluat: unde
Præmia conſurgant cœleſtia: quanta neq; ullus
Viderit, audierit'ue hominum, aut'conceperit unquam
Mente ſagax. ubi nec magni perſæpe labores,
Et faciles caſus palmaria geſta putentur,
Penſentur'q; poli regnis, & nectare diuum:
Præterea hinc multus præſignis epiſcopus: illinc
Maximus Antiſtes uerbis urgere. quid horres
Grex meus hoſtiles gladios, uolucres'q; ſagittas? Cyriaci pontifi-cis ofo.
En tibi uota adſunt toties quæſita, dies'q;
Candidus illuxit: quo cœli regna darentur
Certa animis tantum mortem ſubeuntibus ultro.
Pectore ne forti dubites perferre minacem,
Armatam'q; manum, dextris'q; excuſſa malignis
Tela pati: ac fuſo tutari ſanguine dogma,
Et Chriſti ius legitimum per uulnera mille:
Qui pro te humanos ſubiit mitiſſimus artus,

Vagiit, eſuriit, uigilauit, inhorruit, æſtus
Pertulit, indiguit, ieiunia longa peregit.
Parua loquor. ſæuis uinctus pia membra cathenis
Subditus opprobriis fuit: & conſputus acerbas
Cum pugnis alapas, & calces ſenſit amaros.
Flagra tulit, tormenta, crucem. ſub uerba crucem' q̃
Extulit, atq̃ crucis domini confixa trophæo
Mẽbra, gemẽs' q̃ dedit lachrymas bona cũcta p̃catus
Turbæ omni: ac rurſus quæ reſtant, dicere pergit.
Maxima uirtutum uirtus patientia ſedes
Aſtriferas cunctis labor arduus obtulit, aut mors.
Segnities ignaua iacet. nec tollit inertem
Blanda quies, cœlum' ue poteſt meruiſſe uoluptas.
Matthæus, Thomas, Paulus, gemini' q̃ Simones,
Andreas' q̃ grauis. Victoria, Fauſta, Sabina,
Hagne, Priſca, Agathe, Concordia, mille piorum
Millia non cædem domini pro lege cruentam
Perpeſſi meruere polos poſt uerbera, & ignes,
Carceris & cæci tenebras? tormenta tulerunt
Omnia, & extremis ſubierunt luctibus auras.
Te cita mors uocat ad ſuperos, diuum' q̃ curules
Carceris & pædore carens, & uerbere multo,
Nec flamma, aut longis cruciatibus horrida. lethum
Pectore læta ſubi intrepido fortiſſima pubes.
Oblatam ſuperum cura, nutu' q̃ tonantis,
Proh dolor, omniferi damnabis temporis horam?
Num uentis ducis egregiæ documenta dediſti,
Tot' q̃ pios monitus? ah te ne terreat hoſtis
Plebs mea: ne' ue tui moriens oblita ferare.

Ah tibi ne deſis: dum uitæ parcere tentas,
Et refugis moritura mori. quid præmia differs,
Cœleſtum'q; domos ardenti inuadere dextra?
Te ſuperum chorus expectat, tua grata tonanti
Militia hæc. ingens ſurgit tibi laurea neſcis,
Pro domino qua'm dulce mori. modo ſera dolebas
Fata dari, quid nunc refugis bona prælia miles?
Naſcitur hic quicunq; cadit, iugulo'q; patenti
Luctificos tingit gladios: dum tramite recto
Corporis emiſſus tenebroſo carcere fertur
Lætus ad ætherias ſedes, & ad atria cœli.
Viciſti generoſa cohors: ſi tela ſubire
Non dubitas: nec fata times, atq; oppetis ultro.
Spes ſummi tibi certa boni eſt: cur uelle recuſes
Pro Chriſto percuſſa mori? uictoria mors eſt:
Ne fuge felicis diſcrimina læta duelli.
Pro te ſtat pietas: ſtant numina. plurima uirgo
Quæ pateris, non una tulit. certamina palmas
Inſignes hæc parua dabunt: quod poſcimus ipſi
Paſtores de te bone grex, præſtabimus ipſi.
Luſtrales ſumpſiſtis aquas: quum maxima Romæ
Mœnia liquiſtis. nihil eſt: quod ueſtra moretur
Obſequia illuſtres animis paritura triumphos.
Pro Chriſto qua'm multi olim uoluere, uolent'q;
Incaſſum per tela mori? pro munere paucis
Præcipuo datur hæc inſignis laurea cœli:
Nunc nobis conceſſa etiam tot millibus, amplis
Mauridos eximiæ meritis, ſancto'q; rogatu
Magnanimi Demetriadæ: quos ſummus ab alta

Respicit arce pater terræ cœliq; precantes
Quos q; sibi e tanto delegit numina cœtu
Ornatura poli sedes plus omnibus amplas.
Nos utinam digni comites pia facta sequamur
Tantorum Christi procerum, signanda lapillo
Hæc mihi lux niueo certe est plebs inclyta: quæ mox
Frondibus innumeris palmosam curret idumen:

Cyriaci pōtificis cædes.

Dixerat hæc: sæua quum telum missile dextra
Excussum stridens dicentis guttura fixit:
Prostrauitq; solo exanimum: tum spiritus astra
Trans tenues auras uolitans, cœlumq; petiuit.
Pontificis summi hic finis per singula magni:
Siue regit: sceptrumq; tenet: siue ampla relinquit
Imperia: & solio sublimi funera præfert:
Nec fugit horrendam sacro pro dogmate mortem.
Hunc circum subitus telorum decidit imber:
Et post tela ferox, lassusq; in cæde satelles
Plurimus horrenda puppim compleuit acerbo
Clamore, atq; minis ardentibus. orta repente
Ceu quondam pluuia, ac uentis, tonitruq; sonanti
Tempestas inimica greges inuasit in agris
Pascentes ouium, rabies uel sæua luporum
Extimulata fame, uacuiq; libidine uentris:
Illustresq; animas multorum corpore soluit.

Catalogus itersectorū.

Vulnere multiplici cecidit nam Pantalus ingens:
Quo tumet: ac tumuit quondam Basilea potenti
Et uita, & studiis custode superba latinis,
Nec graio sermone minus. Solarius ardens
Præsul Luca tuus multo uirtutis honore.

Optimus æquoreæ cuſtos,& norma Rhauennæ
Sulpitius legum interpres fidiſſimus:ulla
Cuius flaminium uix quiſquam æquauerit arte.
Eloquio pollens Marcellus,& ordine uitæ.
Sicaniæ cuſtos,& ſanguine regia tangens
Stemmata Mauritius.cum Petro Pontius acri
Virtutum exemplar:quos inſula texerat ambos
Coccina,pontificis laterum cuſtodia ſolers.
Haud minor iis fortis Vincentius ora galero
Is quoq; culta graui geſtans.Iacobus honeſti,
Atq; æqui cultor felix,& regula morum,
Principis & patrum titulo digniſſimus unus,
Pontificem ſummum comites ex urbe ſecuti,
Et clari uirtute duces.ſublata Britanæ
Fida comes terra,ac pelago,cunctis'q; periclis,
Vna omneis ſuperans Pinoſa uiraginis ore.
Mauridos intrepidæ genitrix Darea minores
Coniugii teſtata faces uirtute potentis
Regali inſignis diademate,& aurea geſtans
Sceptra manu ſæuos haud ſupplex pertulit enſes.
Sternitur hinc Iote regalibus edita tectis,
Virginia,Eugenia,Clementia,Carpophoré q;:&
Florentilla ſuam manibus complexa parentem
Eucharii ſoror eximio ſpectata decore,
Et natam complexa parens Demetria ſortem,
Eucharius'q; dei monitu qui caſibus iſtis
Tot maria emenſus,tot littora tempore in ipſo
Se ſocium nuptæ addiderat,thalamos'q; ſecutus
Virginis egregiæ diſſecto uertice letho

Exhibuit fatale caput uix pauca locutus.

D. Eucharii cædes.

Nanq; ut erat ſtontem eximiam, uultus'q; uerendos
Sanguine conſperſus, morientia lumina tollens
Mauridos in faciem dilectæ, ait, Vrſula coniux
Vrſula nec modico nobis quæſita labore,
Nec tenui ſumptu: cuius connubia, uitæ
Prætulimus, regni'q; bonis extrema ſecuti,
Nunc morior, tu, ſiue mihi es iam forte ſuperſtes,
Quod cupio: & mox te meliora ad fata reſeruat
Regnator ſuperum: ſiue armis occidis iiſdem:
Et tibi commiſſos cœtus nec morte relinquis,
Eucharii memor eſto tui, hac dum ueſceris aura.
Sanguine nos dominum teſtati, & funere acerbo
Præmia cœlicolum ſedes, atq; aſtra petemus.
Tantum effatus: ad hæc triſtem, atq; in uerba paratam
Maurida deſeruit, cecidit'q; exangue cadauer.
Exitus hic ſponſi præſtantis Mauridos: ingens
Cuius ad arbitrium tot millia lecta paratis
Nauibus impoſuit iuuenum, pater inclytus, & rex.
Argiuæ haud procul hinc telluris epiſcopus ori
Dentibus excuſſis iaculo illabente ſupinus
Sternitur, exemplar uirtutum Marculus orbi.
Albanus cum Lothario: quem regia proles
Ipſe ſibi iunctum Eucharius ſuper aſtra ferebat
Sāguine, ſed ſtudio haud quaquā, & ꝓbitate minorē.
Induperatoris proles Conſtantia felix
Dorothei: & fœcunda deo nurus, optima mater
Trinacrii regina ſoli Geraſina puellis
Quatuor, & nato ſeptenni, plurima uirgo

Tum cadit

Tum cadit & leuibus iaculis, uolucri'q; sagitta
Voce iterans Christi matrem, numen'q; trinode,
Ac linguæ dulcem sonitu morientis Iesum.
Oppetiere & enim hic telluris clara Britanæ
Nomina Chalciope, Alcestis, Citherea, Melampo:
Quas Samarobrina præclari ex urbe parentes
Nutrierant, felix Aruns, & docta Theano:
Nec non Euphrosyna, Clytie, Phaetusa, Galantis,
Liuia, Amymone, Barthimia, Flora, Chariclo
Lindonio celebri semper deflenda iuuentus.
Virginia, Alcmene, Andromache, Bñdicta, Thalestris
Faustina, Eudora, Autonoe, Christina, Menippe,
Arsinoe, Cœnis, Megale, Briseis, Amata,
Ilia, Zenophile mœror, luctus'q; Brigantum:
Margaris, Aegiale, Lotis, Pelopea sorores
Indocto non patre satæ, nec matre pudenda.
Laodice, Maria, Auxanna, Lucretia, Gorge
Penelopes, atq; Antonii laudata propago
Virginitate, opibus, forma, & natalibus amplis.
Martia, Deiphile. Plancilla, Marulla, Beatrix,
Paula Caledonias gemitu affectura maritas,
Atq; caledonios iuuenes plus omnibus una,
Vna quo'd ore omneis ueneres præferret amœno
Virtutis numeros explens, ac munia uitæ.
Dercylis Hersiliam referens formosa parentem,
Heliodora fidis studio laudata canoræ,
Ilione præclustris, acu penso'q;, colo'q;
Lucilla, eximio generosa Polyxena uersu,
Voce Chloe, uoce, ac saltu spectata coronis.

Inceſſu Philomena graui, Paulina remiſſo.
Magdalis, Arthimia, Clementia, Iulia, Phyllis,
Claudia, Lyriope, Berenice, Antonia Myrto,
Mauridi cara fide Aegina, Hetruſilla pudore,
Vtroq; Eumetis, taciturno Pythias ore,
Iphthime, Mantho, Hermonie, Polydamna, Selene,
Antiphile, Panae, Chereſtrata, Polla, Celæno,
Fata badizeis, ac triſtia funera terris.
Cynthia, Fauſta, Helene, Balbina, Terentia, Pallas,
Fata Badizæis, ac triſtia funera terris.
Gulielma, Euryale, Dotho, Agrippina, Peloris:
Nomina quæ defleta ſatis putet inſula nunquam
Inſula diues opum oceano quæ maxima ſurgit.
Frontis honore potens raro Iuſtina decore,
Flauenti Anchiale mitis laudata capillo,
Fuſca Hecate, gracilis Zeuxo, Procera Lycambe,
Criſpa comas Rhodope, Tiſbe notiſſima telis.
Ricardum Hippodame, qua terras Nereus ambit,
Militiæ clarum ſtudiis fortita parentem.
Quattuor Ida probis ſpectata ſororibus, Hagne,
Maura, Agathe, Rufina haud multo corpore Neſo:
Anna Suetino genitore inſignis equeſtri,
Auroræ exæquans digitos Medea, Philenis
Cyprida pectoribus referens, ceruice Dianam
Dorothea, Alceſtis Iunonem lumine, talo
Magnanimi matrem Acacidæ ſpecioſa laceſſens
Hegemone, Mynthe roſeo ſpectabilis ore:
Hippolyte aſſiduo cunctis laudata precatu.
Hic & quæ ueteres forma, ac ceruicibus altis,

Nec minus ingenio uicere Heroidas, he heu,
Biſquinæ ſacuere duces non uulnere ab uno
Claſſis Mauri tuæ præſtantia nomina quondam
Prudens Eurynome, Doris facunda, uirago
Aſtyoche fortis, ſolers Caſſandra, pudentes,
Atq; hilares formæ oculos Cleopatra decenter,
Ino audens, Ariadna grauis, feſtiua Dione,
Ambelis ore micans niueo, rubicunda Lycoris:
Innumeræq; aliæ: quas ſiquis carmine tentet
Omneis ferre ſuo, lectorem obtundat amicum.
Nec tantum autumni lethalis tempore tellus
Frigoribus primis borea ſpirante cadentum
Hinc illinc uiridi foliorum obducitur umbra:
Quum ſyluæ ſpoliatur honos ramalibus altis,
Arboreus'q; decor ueſcis de frondibus exit:
Obtegitur Rheni iam ripa cadauere quantum,
Semiuirum manus imbellis proſternitur: inde
Nautarum ſecura cohors pelagi'q;, poli'q;
Vulnificos enſes ſubeunt, & gallica geſa,
Pilorum'q; graues nimbos, ſæuos'q; rotatus
Strident is ſemper certa in diſcrimina fundæ.
Inde piis mortes'q; ruunt, & triſtia fata.
Hinc uarii gemitus morientum ad ſydera ſurgunt:
Hinc percuſſorum uoces, crebris'q; cadentum
Ictibus hoſtili in rabie tolluntur ad auras.
Oh dolor, oh pietas, largo fœdata cruore
Tela madent, horrent hoſtiles ſanguine dextræ,
Ora'q; uirgineo: referunt quoq; pectora cædes:
Et ſtratis de corporibus manantia tabo

Flumina compleruntripas, campos'q; patentes:
Et tamen haud ceſſant crudelia fata, nec ulli
Parcitur, aut uſquam uenia eſt. diſcrimine nullo
Corpora corporibus cumulant, numeroſa'q; turba
Palpitat: eſt'q; recens illis furor, ira'q; uecors
Perdere fœmineos populos: his terga negare:
Et gladiis præbere animas, & pectora morti.
Orbe iacere alio. uitam ſpreuiſſe, laris'q;,
Dememineſſe ſui, cenſus, patriæ, atq; parentum
Non aſſis faciunt: Chriſti modo iura ſequantur.
Id'q; hoſtis rabiem, matores'q; excitat iras.
Sternitur ergo magis crudeli funere uirgo:
Nec faciunt ſibi tela modum, manus irrita nulla eſt:
Miſſile nec lato pridem uolat æquore caſſum.
Vulnera uulneribus repetunt, atq; ictibus ictus
Ingeminant, ſcelerant'q; manus: & uiſcera ferro
Exhaurire parum eſt: mortes cruciatibus augent.
Quæſitis miſeras: tam ſæuus mentibus ardor:
Atq; ea cor rabies, infrena'q; pectora uexat
Militis infeſti: nanq; eſt, qui exartuet, atq;
Iam fato functas diſcerpere gaudeat, hoſtis:
Quanquam feſtinat legio ſcelerata alioquin,
Vt lucis breuis hora nouum decus auferat æui.
Tanta cupido animis per inertia fata puellas
Armata ſtrauiſſe manu ſub uindice nullo.
Ante tamen fortes ſtrictis mucronibus hoſtis
Aut ſica inuadit ſacrati dogmatis acer
Virginei cœtus cuſtodes impete uaſto:
Poſt ruit imbelles in turbas fulminis inſtar.

Multifidi,e' ſciſſis fudit quod nubibus aer,
Enſe,arcu,ſudibus,graphiis,geſo,aclide,funda.
Ergo rubens fluctu toto de cæde frequenti
Plebis uirgineæ,& comitum germanicus amnis
Mutatas ſtupet altus aquas:ſpatioſa'q; complet
Spumeus aruaſ cruor,pleni & ſunt ſanguine campi.
Haud aliter mediis ſolymorum in mœnibus ædem
Sumptibus immodicis,& relligione uerendam
Cœlicolum regi Salomon quum dedicat,omnes
Mactatarum ouium conſpergit ſanguine terras,
Iunicum'q; ſacro complet lata arua cruore,
Vſque adeo truculenta cohors in uulnera ſæuit
Transfigens,iugulans,proſternens:nec labor ullus:
Quippe ubi bella gerit pars altera,& altera tantum
Horrida perpetitur bacchantis uerbera dextræ:
Nec furor hic ceſſat:quanquam uix perdere tantum
Sæua poteſt acies:quantum ualet ampla perire
Nobilitas pro lege dei:dum ſola ſuperſit
Vrſula magnanimum ſenſus ſortita uirorum,
Atq; afflata ſacri iampridem flaminis igne
Regia:diſpeſſis dum crinibus,ore diſerto
Et iuuenum mentes uerbis,& pectora firmat.
Qualis ubi aut clypeo,galea'ue lacæna nitenti
Dilectos animoſa parens in prælia natos
Inſtruit,hortatus ſolet ingeſſiſſe uiriles:
Aut ubi ſupplicibus cædendos uerbere duro
De patrio ritu conſtantes obtulit aris,
Hortatur,monet,& laudata ſilentia mandat,
Intrepido aut dum nixa genu rogat ore tonantem

Pro ſe, pro'q; ſuo cœtu, ne corda pauori
Subiiciat captiua malo, ſad uulnera temnat.
Impius huic pridem dux parci iuſſerat ipſa
Immitis pietate magis, quàm marte cruento,
Connubium ſperans inconceſſos'q; hymenæos:
Quam nunc blandiciis fruſtra mollire laborans:
Nunc ſæuis terrere minis, dum temnitur amens,
Et male contemptum patitur, facilem'q; repulſam
Perdere lunato inſontem non diſtulit arcu.
Illa cadens uolucri pectus traiecta ſagitta,
Et linguæ repetens ſonitu morientis Ieſum
Corpus humo ſocium tam multis millibus, aſtris
Reddidit excelſis animam pietate micantem.
Purpureus fluxit crudeli è uulnere ſanguis.
Exitus hic habuit præluſtrem Maurida regno
Egreſſam patrio ſuperantem heroidas omneis,
Heroum'q; genus ueterum uel pectore forti,
Vel lingua, uel conſilio, uel ſtemmate claram,
Corporis & ſpecie præſtantem: maxima cuius
Geſtorum ſeries, pietas, prudentia, uirtus
Iuſtitiæ, morum probitas, doctrina, pudor'q;
Qua phœbus cadit, atq; oritur, compleuerat orbem.
Quis nam igitur diuum, aut hominum tot funera ſicco
Lumine conſpexit latos complentia campos:
Horrida quum largo ſtagnarent gramina tabo?
Quis laniata hominum tot millia marte furenti,
Et ſtragem aſpectans, gemitus non fudit amaros?
Quis ſcelus infandum intuitus non horruit? aut quis
Non triſtitiæ cur incenſus, pectus'q; dolore

D. Vrſula ſagitta occiditur.

Arsit, & infremuit, tantum licuisse prophanis
Gentibus egregia de uirgine, de'q; uerendo
Pontifice, & claris nuribus, nuruum'q; ministris?
Vndantes quis Rhene tuas tum sanguine ripas,
Ac tardos cernens obstante cadauere fluctus,
Et sanie oppletas classe non protinus amens
Obriguit cauti similis, moli'ue gelatæ?
Sæuus enim quisquis capiti'q;, genis'q; pepercit.
Nam quis continuit lachrymas? nec fleuit iniquâ
Militis indignum facinus, nisi saxeus Hermes?
Multa puellarum prostrata cadauera terræ,
Multa sacerdotum quis non miseratus acerbis
Vocibus, & clamore graui? dum scribimus hæc nos,
Nos saltem horrisono bis, ter'q;, quater'q; dolentes
Pro superum'q; hominum'q; fidem clamore ciamus.
Damnemus tam triste nefas uel carminis œstro.
Oh silices sortita graues, adamanta'q; durum
Pectora, & oh ferrum, ac chalybem superantia corda,
Montibus innati, ac syluis, lacti'q; ferino
Huberibus'q; feris assueti, ursæ'ue, lupæ'ue,
Non hominum certe pasti dape, noxia monstra,
Carnifices sæui credentum, sanguinis olim
Luctifico oppleti peregrinæ uirginis hausti. Infestatio scelestis.
Q uis furor, extremum ferro exhaurire cruorem?
Q uæ rabies? spoliasse parum'ne has ducitis omni
Ornatu, gemmis, argento, uestibus, auro,
Et prædam ingentem subito legisse tumultu:
Ni cædes datis horrendas, & funera campis?
Vsque adeó ne iuuat marti indulsisse cruento

Peſſima ſex hominum, nec tygride mitior orba?
Naturæ ut legum ſanctarum, & iuris, & æqui
Dememineſſe uelis? moueat non ſexus, & ætas:
Si nec nobilitas potuit, nec forma mouere?
Quod ſcelus, ut priſci repetantur ſæcula mundi,
Tale unquam auditum terris? quæ tam horrida cædes
Viſa unquam inſontis turbæ? ſed crimina lenit,
Dixerit hic aliquis, facinus miſerabile iuſſi
Quod facitis, ſaltem pudeat, pigeat'q, uiriles,
Armatas'q acies ferro inuaſiſſe cateruas
Imbelles, & fœmineas, & corpore inermes.
Ergo luctiferæ cædis ſimul exiit altum
Rumor ad oceanum, ac geminos hinc inde Britanos,
Matres'q, atq uiri complerunt æthera planctu:
Atq orbata ſuæ flerunt decoramine gentis
Oppida pene omni quamplurima. publicus iſte,
Priuatus'ne magis mœror fuit? heu fuit ingens
Priuatus certe mœror: ſed publicus illo
Maior: qui ſoboles extinctas tot populorum
Congemuit iure, ac merito: ſi uera fatemur:
Nam queribundæ etiam italides, latio'q propinquæ,
Vt ſcelus audiuere, nurus luſtramine nullo
Exoluendum olim, ac iuuenum tot millia fato
Detruncata pari funeſto militis auſu,
Horrendum fleuere nefas: & certa doloris
Signa dedere noui diſſecto crine, gena'q.
Nulla domus luctu caruit, triſti'ue querela.
Flebile enim facinus, nec non miſerabile, uerum
Flebilis & tellus nimium: quæ funera dorſo

Tot denſata

Tot denſata ſuo quondam tulit, atq; cruoris
Tantum paſſa ſinu peregrini flebilis inquam,
Flebilis heu tellus quã uulnera ſæua tuliſti?
Quã uarias cædes, & quãm crudelia fata?
Indetonſarum iuuenum tot marte cruento
Corporibus tabo, ac ſanie manantibus atra?
Nam genus haud unum lethi fuit, haud ſimilis mors
Omnibus, aut lato iacuere cadauera campo
Sorte pari, aut iiſdem fatis tot corpora paſſim
Occubuere: aliter q; aliæ uel nauibus altis,
Margine uel longo, & ripæ fluuialis arena
E miſere animas titania ad aſtra nitentes.
Sed quæ nam rerum facies oblata canenti? Varia cædis facies.
Quæ ue in mõſtra ruo? ſcelerũ quis ſe adiicit horror?
Dum feror huc, quãm me triſtis perterret imago?
Oh qui me tanto attonitum de turbine ſiſtat.
Dic mea Calliope: uel mortis ſuggere uati
Mille uias facunda tuo, cædis q; nefandæ
Tam uarias facies: & caſti ſanguinis hauſtus.
Illa latus dextrum, læuum hæc confoſſa ſagittis,
Hæc medium gladio pectus cadit, ille reciſa
Ex humeris ceruice, pedes huic abſtulit ambos
Vulnus atrox. læuo, aut dextro ſua fata peregit
Debilis hæc: ſed mox uolucri ſubit æthera penna.
Huic ſtridens geminum per tempus miſſile fugit.
Exuit hæc hominem ſaxo percuſſa maligno:
Qua niueum iugulo pectus coit: atq; ſupinis
Aſpectat ſua iam moriens obtutibus aſtra.
Suſtulit hanc punctim: cæſim illam lethifer enſis,

Q ua pectus uentri excipitur. cadit illa refectis
Ilibus, hæc humeris. alias demessuit: altum
Q ua collum est confine caput (miserabile) sica.
Illa manus supplex hosti dum porrigit, ictu
Perdidit horrendo truncis uisenda lacertis.
Hæc ut erat passis per eburnea colla decenter
Crinibus, est uentrem iaculo traiecta uolucri
In cœlum attollens oculos, uultus'q; trementes.
Hæc tulit in faciem uulnus deforme pudicam.
Illa fidem rerum domini testatur aperto
Vertice: & hæc fidens iugulum non denegat hosti.
Nonnullæ inflexa stantes ceruice sub ipsis
Ensibus immodica tepefactis cæde sororum
Ore, animo'q; dei memores gaudentibus hostis
Sæuitiam lachrymis irritauere morantem.
Complexæ inter se plures sine lege furenteis
Intrepidæ, atq; hilares in se uertere cateruas,
Oblitæ proprii sexus, uitæ'q; potentis,
Atq; equitum uolucri incursu cecidere furentum:
Plurima suspiciens sublimibus æthera palmis
Nixa genu, constans animo, quanquam anxia uultu
Candenti ceruice tenus, iugulo'q; minanti
Cum manibus succisa caput: dum murmurat ingo
Sancta mouet, triplici conspersit uulnere ferrum.

D. Cordulæ cædes.

Carmine sed quo te latitantem, atq; arma pauentem
Corpore, & ingenio nitidæ soror alma Columbæ
Cordula commemorem? quæ territa fulmine primo
Militis infesti, & pilorum grandine sæua

Vix unum uictura diem poſt fata ſororum,
Incaſſum heu puppis latebras miſeranda petiſti:
Verum,ut detonuit uis martis dira cruenti:
Atq; ubi tot comitum,ac reginæ Mauridos amplis
Stragibus admonita es,promiſſi haud imemor ultro
Exiliens gladiis hoſtilibus obuia dedis
Pectora,delituiſſe pudet:crimen'q; fateris
Produxiſſe animam,nec triſtia fata ſubiſſe:
Pectore'q; a' niueo pictos dum ſcindis amictus:
In'q; genas ſæuo florentes irruis ungue:
Et laniata comas condi tellure precaris:
Dum'q; grauem quereris fortunam,immitia'q; aſtra
Sæpe uocas:ueniam'q; tibi de manibus ipſis
Omnibus expoſcis:turbatus uoce ſatelles
Impius accurrit:nec te ſupereſſe piarum
Funeribus patitur comitum,ſtratis'q; cateruis.
Terrificat tamen ante minis:dum pertonat ore
Lethiferum ſtringens gladium per uerba procaci.
Tu'q; inquit,leges,ritus'q; ſecuta profanos,
Quæcũ'q; es,mihi fero' graues dabis iproba pœnas:
Nec mora profuerit:quin te tua numina damnent,
Vndenis'q; comes ſis millibus:abdita quanquam
Effugere incaſſum ſperaſti peſſima mortem.
Sic fatus cæſim mediam tranſuerberat enſe
Ilibus a' ſummis qua pectoris ima recedunt:
Faſſa deum diuerſa cadis:cœtum'q; ſecuta,
Felices'q; animas cœleſtia regna ſubiſti.
Ille autem æternum mox addicendus opaci,
Cœnoſi'q; herebi tenebris horrentibus ultro

Poſt manes etiam uiolens, te calcibus aſpris
In partes geminas diſiectam turpiter urgens
Prouoluit: gregibus q̃ piis odioſus aceruat.
Has facies, ac mille alias habuere phalangis
Virgineæ mortes: quas ſi quis forte laboret
Carmine complecti, citius numerauerit omnes
Aequoris ionii fluctus: quum perſtrepit auſter:
Aut folia autumno denſis labentia ſyluis.
Sed leue, quod querimur. uos cœli ſydera: mundum
Q uæ colitis curſu uario, tarras' q̃ fouetis,
Oh furor, oh rabies, calcata cadauera duri
Militis in prædas, atq̃ intumulata notaſtis:
Et defleta ſuis longo poſt tempore. uerum
Crediderim luxiſſe nefas uolucres' q̃ feras' q̃.
Crediderim cæcis ſeſe abſcondiſſe tenebris
Solis equos. denſis cœli latuiſſe ſerenum
Nubibus obductis iubar, atq̃ arſiſſe triſulcis
Aethera fulminibus ſummum: tonitru' q̃ fragoſo
Aerias crepuiſſe domos: & culmina olympi.
Ventorum' q̃ minis, ac triſti ſæpe procella
Turbatum, aut nimbo, aut picea caligine letho
Multiplici aſſueta irarum, & certiſſima luctus
Signa dediſſe Polum: ac diros arſiſſe cometas.
Atq̃ hæc monſtra quidem terris immiſſa putemus
Nubibus a' ſummis diræ teſtantia cædis
Infandum, ac crudele nefas: quæ' q̃ aſpera poſſent
Pectora tam rigidæ, ac ſæuæ damnare phalangis.
Cæleſtis uirginũ triũph⁹. Sed quis lætitiam celebrem, feſtos' q̃ triumphos
Ordine apud diuum cœtus, ſummum' q̃ tonantem

Manibus a' ſanctis poſt grandia geſta peractos:
Atq; hilares memoret cœleſti nectare menſas?
Quis gratas inter choreas conuiuia, cantus,
Cantibus immixtos ſonitus, luſus'q;, iocos'q;,
Atq; uoluptatum cumulos, & gaudia uerſu
Dixerit egregio, aut digno ſatis ore poeta?
Certe opis haud noſtræ ſeries tam lata triumphi.
Millia uos diuum tot gaudia dicite: noſtis
Vos tantum egregii certaminis inclyta paſſi
Præmia pro mundi domino tam triſtia fata:
Quæ facies fuerit uos ſuſcipientis olympi,
Qualia cœleſtum monſtrarint ſe atria uobis,
Qui uultus ſuperum felicem ingrantibus æthram.
Sed mihi iam nec opus fuerit tot millibus una
In partes ſatis eſſe poteſt dux inclyta Mauris.
Hanc igitur quanquam cœleſtia regna tenentem
Sic placet affari precibus, blando'q; rogare
Suppliciter diuam alloquio, ſi flectere poſſim.
Dic age Mauri piæ ſolers regina cohortis, Precatio ad d. Vrſulam.
Dic laris, & patriæ ſpecimen, gentis'q; Britanæ,
Et decus Hercyniæ telluris, numen olympi
Præcipuum regis proles, & regia coniux.
Sat mihi ſit dixiſſe tuos, comitum'q; labores
Exhauſtos terra, ac pelago, ſtragem'q; nefandam.
Mortales quæ ſunt hominum, mortalia norint:
Quæ ſuperum, tractent ſuperii cœleſtia prorſus
Scire nequit mortale genus niſi numine doctum.
Vix hæc edideram: ſubito (mirabile dictu)
Quo ſteteram fulgore locus circundatus arſit.

Et mihi uisa deæ ſpecies inſignis amictu,
Sceptra tenens, caput egregium diademate compta,
Virgineo ſtipata choro: quam Maurida duxi
Pluribus indiciis: nec mens me certa fefellit.
Hæc ubi conſedit pene è regione, pauentem,
Præſentiſq; ſui uenerantem numina blande
Comprehenſum me tollit humo, ac confidere, nec nō
Me ſaluere iubet prior: & dein talia fatur.

D. Vrſulæ narratio.

Scire cupis, quanto nos cœli regia plauſu
Egreſſas de corporibus ſuſceperit ardens
Poſt ſtragem infandam, nec non crudelia fata
Geſtorum uates ſcriptor generoſe meorum.
Magna petis, ſed iuſta tamen, cepto'q; labori
Debita: nec quamuis magno es fraudandus honore.
Ipſa tibi paucis complectar plurima: quando
Omnia nec poſſim: nec fas tibi ſingula noſſe.
Q uæ referam, tantum memori ſub pectore ſerua.
Vt furor inuaſit lethali uulnere noſtras
Hoſtilis comites: rabidum'q; per agmina ferrum
Mollia diſtringi ceptum: omnituentis olympi
Q uamprimum patuere fores, & ſtelliger axis:
Tum uero in numerum cœleſtia certa moueri
Numina, & auratis de ſedibus ire uideres
Manibus occurſura piis, blando'q; uolatu
Nunc his, nunc illis ſurgentibus æthera in altum
Gratatura poli conſcenſum ſanguine fuſo.
Intus erant clari proceres, ſanctus'q; ſenatus
Ordine conſeſſus miro, ueſtiſq; nitore
Præcipuo, & cultus: qualem mortalia nunquam

Lumina ferre queant. ſtabat plebs plurima circu'm,
Non humilis tamen aſpectu, ſed fronte uerenda:
Et quæ cæleſtum non degenerare figuris
Nobilibus poſſet, quanquam minor ordine primo:
Nam diſtincta ſatis fuerant loca limite certo.
Omnibus una fere' eſt facies: inſignia frontis,
Membrorum'q; habitus diſpar, geſtamina'q; ipſa
Quippe ubi ſerta gerant alii non florea tantum
Sed uiridi ex hedera, aut apio, aut etiam bene olenti
Fronde dionæa, aut thymbra, aut peneide lauro,
Aut molli folio blandum ridentis Acanthi
Ornati chriſtis alii, galea'q; comante,
Vna nonnulli, aut duplici, triplici'ue corona
Conſpicui inſurgant, claro aut diademate læti.
In manibus thyrſos alii, uel tela, uel arcus,
Vel ſtrictos etiam gladios, uel templa, rotas'ue,
Lilia nonnulli, atq; roſas uiolas'ue rubenteis,
Aut hilares ramos ſemper frondentis idumes,
Aut glaucam geſtant oleam, aeriam'ue cupreſſum.
Hos chlamys, atq; illos trabeæ, prætexta, togæ'q;,
Vel ſagulum, uel abolla tegit, praſinæ'ue lacernæ,
Vel croceæ, uel cœruleæ, aut candore niuali,
Aut cocco inſignes, aut melibenſis ſanguine conchæ.
Clauſerat hæc plebes ſubnixum ſede tonantem
Excelſa: qualem ſuperum decet eſſe parentis:
Vnde nitor lucis tantus diffunditur omne
Per cœlum, cœli'q; uias, conuexa'q; late
Miro ſtructa modo paſſim laquearibus aureis,
Per'q; nouem ſuperum ſedes: ut fulguris inſtar

Dei omnipotentis ſolio.

Immenſi,aut ſolis diuum domus ardeat æthra:
Nec non æternis colluceat ignibus axis:
Ne tibi gemmarum referantur mille colores,
Argenti'q;,auri'q; labor:quam maximus ambit,
Proxima erant lauto triclinia mille paratu,
Structa.abaci totidem,totidem'q; e' dentibus orbes
Surgentes indis libyci,miranda ſupellex,
Aurea uaſa abacos,& myrrhina lata premebant,
Gemmea'q; ingentes pretio ſuperantia cenſus:
At diuum preſſos epulis ſaliaribus orbes
Agmina diſcubitu cingebant læta beato
Per certas accita uices clangore tubarum,
Cor nicinum'q; modis,nec non modulamine cantus.
Dextera & hæc foribus pars proxima uiſa ſuperbis:
Q ua cœtus tantum licuit ſpectare uiriles.
At læuam grex fœmineus compleuerat omnem
Vilior haud cultu egregio,& ſtatione locorum,
Fors ſexu fragili inferior uirtute,animo'q;,
Atq; minor turbis maribus,par cætera & oris,
Et decoris ſpecie eximia,laudum'q; tenore.
Omnibus armillæ in læuis,ſcythici'q; nitores
Pectora texerunt,uariæ'q; ex ordine gemmæ
Vertice fulſerunt ſummo.ſtetit annulus ingens
Omnibus in digitis,contorta monilia collo
Omnibus:atq; graues agitarunt tempora elenchos.
Veſtibus in uariis cœtus micuere frequentes
Virginei:uiduæ croceis:niueis'q; maritæ.
Purpureo pars enituit circundata amictu
Fœmineæ plebis:pars cyclada,ſyrma'ue,pallam'ue

Argento,

Argento, aut auro intextas habuere micanti.
Tegmina pars etiam geſtauit hyanthina quædam,
Aut praſina, aut triſtis pelagi mentita colorem.
Plebeis, ac nobilibus non omnibus una
Eſt facies, nec forma: tamen laudata, decens'q;
Omnibus eſt forma, ac facies, una omnibus ætas,
Atq; æui florentis honos, compar'q; uenuſtas.
Hos inter cœtus ſolio fulgebat eburno
Sponſa Iouis ſummi, Tithoni coniuge maior,
Latona, Cybele, Nemeſi, Iunone, Minerua,
Atq; Hecate: excepit templis quas falſa uetuſtas.
Torua ſupercilio nec frons erat ipſa ſedentis,
Nec faſtoſa quidem facies, ſed mitis amicos
In turbam intendens oculos, uultus'q; precantum:
Nam ſunt pro miſeris mortalibus anxia cœli
Numina: pro'q; ſibi addictis nil ferre recuſant.
Hanc ultra ſpatio mihi uiſa uireſcere prata
Immenſo uariis conſperſa coloribus, inde
Arbuſta, atq; horti plantis bene olentibus apti:
Quos paſſim umbrabat malis pendentibus arbos
Plurima, nec tantum qua ſummus creditur Atlas
Gentibus in libycis: gaudet qua medica tellus,
Qua Perſis: qua'q; Alcinoi Phæacia ditis:
Verum & quam ſolers profert Panchaia: & ipſe
Qua felix cenſetur Arabs: laudatur & Indus:
Quæ'q; dat execto pretioſas cortice guttas.
Diſtinxiſſe autem rari plantaria fructus
Intermixta roſis uiolaria mille colorum
Viſa mihi, nec non fragrantia lilia late

Cum riuis ſalientis aquæ decliuibus illinc
Haud procul erecti colles uineta referre,
Iuncta'q; myrtetis laureta uirentia, & altum
Surgentes ramis platanos, oleas'q; faraces
Ordinibus poſitas, & coniferas cypariſſos:
Mitia quas inter ludunt animalia læto
Gramine, quadrupedũ genus oẽ: quod educat æther.
Nec non & uariæ uolucres modulatibus implent
Dulciſonis diuum ſedes, aures'q; piorum:
Aeternis quanquam de cœli motibus ingens
Pectora concentus ſuperum demulcet, agit'q;.
Ipſi autem terræ dominum, ponti'q; poli'q;
Laudibus aſſiduis diui uenerantur, adorant,
Reginam'q; colunt Mariam uirtutibus amplis
Fœminei ſexus ſpecimen, numen'q; trinode
Mente agitant ſumma, & ſcrutantur pectore toto,
Ambroſia id, nectar'q; piis per ſæcula, & inde
Gaudia conſurgunt animis cœleſtibus ampla,
Lætitiæ'q; nouæ ſpecies: dum cuncta tuentur,
Et rerum, mundi'q; deum ſpeculantur aperto
Lumine, triſtitia, ſæua'q; cupidine, & ira,
Atq; odio amotis purgata e' pectoris arce.
Inde uoluptatum cumuli formidine pulſa,
Atq; malis procul eiectis, penitus'q; fugato
Agmine morborum triſti. nam tabidus illinc
Luctus abeſt, error, furor, indignatio, rixa,
Liuor, ſeditio, ambitio, diſcordia, bellum,
Cura, fames, labor, anxietas, contentio, langor,
Nequitia, ebrietas procul hinc ſua caſtra locarunt.

His multum diuerſa habitant bona, gaudia mille,
Relligio, pax, ſobrietas, ſolertia, robur,
Gratia, iuſtitiæ uirtus, laudata uoluptas,
Libertas, infracta fides, clementia honeſtum,
Gloria, maieſtas, ſapientia, conſilium'q;
Atq; animi tranquilla quies: hic omnibus æque
Aeternus confertur honos, decor, atq; uenuſtas,
Aeternum'q; decus firmæ, ſtabilis'q; iuuentæ,
Lux quoq; nocte carens, & fulgure purior ipſo,
Nec non purpureo laudantur tempora uere,
Deniq; læta ſuum his diffundit copia cornu.
Vt nec corycio cupias habitare ſub antro:
Aurea nec ueteris Saturni ſæcula laudes:
Elyſioſ ue petas: quōs tollit Græcia campos,
Atq; beatorum damnes quoſcunq; receſſus:
Nam regni tenuis uix ſunt hæc umbra ſuperni.
Flagrat in iis communis amor, ſedes'q; nouenas
Artifici poſitas gyro, ſubſellia diuum
Ardua magnanimum nullis pendentia gomphis
Diuinus tenet affectus, cœleſtia'q; ardent
Numina amore pari: fouet hæc nam mutuus ignis,
Par'q; ardor, creſcens'q; diu, nec cognitus ulli
Mortali, donec uitali ueſcitur aura.
Hæc cœli facies nobis ſubeuntibus æthram
Viſa procul, nec non hilares dare uelle triumphos,
Quos dedit: at poſtquam inſignis nos cepit olympus,
Et comitum auricomus ſenſit ueſtigia titan,
Qualia paruerint, quanto & maiora, uetamur
Dicere, mortali'q; tibi haud ſat quærere tutum.

Hoc unum eſt haud ſcire nefas. ſublimia cœli
Gaudia nec ſenſu deprehendi poſſe, nec ullis
Monſtrari linguis hominum ſatis. hæc ubi dixit,
Ocyus exurgens princeps petit æthera ſummum
Dareas pulchra comitum ſtipante caterua:
Et faſſa eximio eſt, quem liquit, numen odore.
Proſequor immotis ſubeuntem ſydera diuam
Luminibus ſupplex: donec ſe condat olympo
Haud illi ſimilis: quam ſæuo ſuſtulit arcu
Iulius, at multo radiorum ſepta nitore.
Sed curſus mihi propoſiti iam proxima meta eſt:
Et mox tempus equum ceruices ſoluere anhelas.

Infectatio. Quæ nam igitur, quæ nam ſæuiſſima uipera Iuli:
Vt tecum mihi ſit iam ſermo, piacula cædis
Exoluent ſcelere e' tanto? crudelibus auſis
Quæ nam pœna ſatis poterit tibi digna parari?
Quot'ue cruces tam triſte nefas meruiſſe putãdũ eſt?
Viciſti hoc Marium, Phalarin, Buſirida, Syllam,
Sparthacon, Antiphatem, Cinnã, Scyrona, Procuſtẽ.
Hoc tibi collatus mitis Nero: mitis & audax
In ciues Catilina ſuos. neptunia lenis
Proles: quam fallax ſomno cæcauit Vlyſſes.
Eumenidum diræ facies ſurgentibus hydris
Te licet exagitent, flagris, facibus'q; minentur:
Terreat horriſono latratu, & uoce triſauci
Cerberus: æternum ſtygii te carceris antra
Ignibus excrucient: cænoſi gurgitis amnes
Te cogant lethe, & phlegethon tabeſcere luctu,
Belidos urna, latex refugus, ſaxum, rota, uultur

Te uicibus diris exerceat: haud dabis unquam
Sæue pares umbris pœnas, fuſo'q; cruori.
Supplicium omne tuum uicit ſcelus, atq; minora
Flagitiis tormenta tuis ſunt maxima. cœlum,
Aequora tu, & terras rigidis ululatibus olim
Compleſti, & multas lachrymis, ac queſtibus urbes:
Dum tuus omne ſolum funeſtat cæde ſatelles.
Atq; utinam poſſet ſaltem hos delere uetuſtas
Verum nulla ætas, ac nulla obliuio tollet
Tam dirum ac tam triſte nefas: ſæclis'q; feretur
Omnibus: eoo qua littora ſole tepeſcunt,
Occidui'q; fremunt æſtus, boreas'q; timetur
Horrifer, atq; noto ſurgenti terra madeſcit.
Nam ſeu uotiuos celebrabunt oppida ludos,
Seu priuata domus redeuntia feſta quotannis
Natales colet, ac genii cratere meraco
Placabit numen: ſeu læta chariſtia menſis
Inſtaurare uolet largis, ſumptu'q; beato,
Mentem, animum'q; nitens pubes demeſſa ſubibit.
Siue thoris thalamos genialibus Aphrogenea
Inſtruet, atq; breui poſt tempore tecta parentum
Excipient rurſus per grata repotia nymphas,
Occurrent latis proſtrata cadauera campis
Pectoribus ſtantis media inter pocula turbæ:
Atq; intempeſto uexabunt ocia luctu.
Vos autem inſontes animæ: quorum oſſibus arua
Hoſtilis texit rabies, tu'q; inclyta Mauri:
Quam phœbi occaſus tumulat, præluſtris & ortus,
Et notus, & boreas, haud pulchra Colonia tantum,

Apoſtrophe ad ſanctas uirgines

Pontificis'q; pii manes: ueſtigia cuius
Nemo colat, niſi quem Chriſtus delegerit orbi
Pontificem, uitæ non parua exempla daturum
Cultricis rerum domini. & placabilis umbra
Eucharii regum regis: quos ampla receptant
Atria cœlicolum ſancto pro dogmate paſſos,
Virtute eſte quidem macti, precibus'q; (poteſtis
Numine enim, ac meritis) mortalia facta iuuate.
Me'q; procul patria Franciſcum ueſtra Roſetum
Geſta recenſentem ſublimibus urbis aquoſæ
Mœnibus in Venetum mundi, uitæ'q; tenebris,
Pauperie'q; graui preſſum ne temnite: cantu
Si non diſplicui modico, tenui'q; camœna.
Bellorum rigidos motus, triſtes'q; procellas,
Et rabidos Martis fremitus, crepitantia'q; arma,
Armorum'q; feros nullo non orbe tumultus
Felici prohibete manu, compeſcite dextras
Sæcula turbantes ferro, & furialibus auſis.
At ueſtrum placido complexum pectore carmen
Enricum oceani ditiſſima regna tenentem:
Ac pacis, fidei'q; piæ tutamen, & ingens
Iuſtitiæ exemplar ſeros deducite in annos
Pacatum, lætum, incolumem, clarum'q; triumphis.
Atq; hominum ſeruate genus: quorum annua uobis:
Octobris quum lux prima & uiceſima phœbi
Flammiferum terræ, ac populis oſtenderit axem,
Meſſe Arabum pietas inſtaurat ſacra quotannis.

Qualicunq; meo contenta sit Vrsula uersu:
Dum surgat, melius qui pia gesta canat.

Ἀρσενίου τοῦ μονεμβασίας
Φρανκίσκου τὸ πόνημ' ὁρόων διαπύρσιον εἴποις
ἀμφοτέρων μετέχει σοφροσύνης σοφίης
ἔστι δὲ βιργιλίου τόσσον προφερέστερον ἔργον
ὅσσον τῆς κακίης ἡ ἀρετὴ προφέρει

Francisci Rhennerii patritii Veneti.

Vrsula Francisci numeris celebrata Roseti
Aeneam obscuret forsan, & Aeaciden.
Tu felix una in cunctis Verona, dedisti
Mantua quod doleat, Smyrna quod inuideat.

Labieni Velutelli Lucensis.

Mauridos egregium scriptorem æquare Catullo
Municipem Verona tuum si forte recusas,
Pace tua dicam, docto es non digna Catullo.

Errores .c.4.v.10.lege. hymenæon.c.5.p.2.v.2.l.Excussisse.c.6.v.12.l. per.c.7.v.28.uouit.c.8.v.2.l.tanta.p.2.v.5.l.perside.c.10.v.19.l. uel.c. 11.v.21.l.circumq;.v.29.l.insinuans.p.2.v.9.l. Adronq;.c.12.v.6.l.domi noq;.v.23.l.quæ.c.13.v.4.l.alea.p.2.v.5.l.Eboræ.c.14.v.27.l.uertũ nus.v.10.l.nunc.c.21.v.2.l.læta.c.23.v.26.l.uirgo.c.25.p.2.v.2.auari.c. 33.v.8.l.parentis.v.27.l.sardonyches.v.15.l.num.c.34.v.2.l. pomosis. v.27.l.origenem:v.28.l.Histrichem.l.fortis.c.26.v.19.l.euagora.c.37. v.9.l.inuisere.v.13.l.nonæ.c.39.p.2.v.20.l.inachis.c.40.v.4.l. colu mnas.c.42.v.18.l.fœtumq;.p.2.v.22.l.fascibus.c.49.p.2.v.6.l.harmo nie.v.7.l.danae.v.8.dele carmẽr Fata badizæis repetitũ.c.51.p.2.v.2.l. sed.c.52.p.2.v.14.l.Matres.c.54.v.17.l.protonat.c.55.v.26.l. superi c.56.v.12.l.cristis.

Ioannes Tacuinus de Tridino cum senatus Veneti de/ creto Venetiis excudebat. M. D. XXXII.

Bayerische Staatsbibliothek München

Digitized by Google

WILLIAM SALLOS
Pinas Rhodes

9 - b^4 = 60 FT.

K² MISBOUND AFTER K²

COLL. W. CPLT.